GRATTI CYNEGETICON
QUAE SUPERSUNT.

CUM PROLEGOMENIS, NOTIS CRITICIS,
COMMENTARIO EXEGETICO

EDIDIT

P. J. ENK
LITT. CLASS. DOCTOR

PARS PRIOR, PROLEGOMENA ET TEXTUM CONTINENS.

ZUTPHANIAE
APUD W. J. THIEME & CIE.
MCMXVIII

LONDINI
APUD HUMPHREDUM MILFORD
MCMXVIII

GRATTI CYNEGETICON

QUAE SUPERSUNT.

GRATTI CYNEGETICON
QUAE SUPERSUNT.

CUM PROLEGOMENIS, NOTIS CRITICIS,
COMMENTARIO EXEGETICO

EDIDIT

P. J. ENK
LITT. CLASS. DOCTOR

PARS PRIOR, PROLEGOMENA ET TEXTUM CONTINENS.

ZUTPHANIAE.
APUD W. J. THIEME & CIE.
MCMXVIII

PROLEGOMENA.

---

1. De Grattio eiusque opere.

Quamvis multi poetae Romae canerent, inquit Ovidius ultimo carmine quarti ex Ponto libri,

5 *cumque foret Marsus magnique Rabirius oris*

34 *aptaque venanti Grattius arma daret*

45 *dicere si fas est, claro mea nomine Musa*
atque, inter tantos quae legeretur, erat.

En unicus locus in litteris antiquis, ubi sermo est de Grattio poeta; ne nomen quidem eius nobis manuscriptis Ovidianis, quae *Gratius* exhibent, recte traditum est. Buechelerus primus docuit poetam non *Gratium*, sed *Grattium* appellari (Rhein. Mus. 35 [1880] p. 407), cf. C. I. L. VI, 19117 sq.

Si quis igitur plura de Grattio scire vult, nihil ei restat nisi ut ipsum carmen accurate perscrutetur, quod tamen nos admodum pauca doceat. Primum videamus, quae fuerit Grattii patria, in qua re investiganda proficiscendum ab iis versibus, quibus de lino agit:

35 bonus Aeolia de valle Sibyllae
36 fetus et aprico Tuscorum stuppea campo
messis contiguom sorbens de flumine rorem
qua cultor Latii per opaca silentia Thybris
labitur inque sinus magno venit ore marinos.
40 at contra *nostris* inbellia lina *Faliscis*
Hispanique alio spectantur Saetabis usu.

Unusquisque his versibus attente examinatis Barthio concedet e versu 40 patere poetam Faliscis habitasse; neque enim *nostris Faliscis* dixisset, si hoc solum voluisset *Faliscis Italicis*, cum etiam versibus praecedentibus sermo esset de *Italicis* regionibus, de Cuma et de campis Etruriae, neque putari potest Faliscos Hispanis, qui post Faliscos nominantur, opposuisse, id quod vir doctus Curcio

defendit in suae editionis praefatione (p. VII). Comparat enim v. 137 *cetera quae silvis errant hastilia nostris*, quo versu *nostra* hastilia opponuntur arboribus *peregre* crescentibus et v. 321 *at qualis nostris, quam simplex mensa Camillis*, ubi Romana simplicitas Graeciae luxuriae, de qua praecedentibus versibus legimus, opponitur.

Prorsus non intelligo, cur vir doctus J. Wight Duff, cuius historiam litterarum Romanarum plurimi facio, de hac re scribere potuerit (p. 618): „Grattius has had unwarrantably conferred on him the cognomen *Faliscus*. His own phrase *nostris Faliscis* proves neither that he came from Falerii nor even convincingly that he was an Italian."

Mecum stat Vollmerus, qui hisce utitur verbis (Pauly-Wissowa sub voce *Grattius*):

„Ich bin durchaus der Meinung dass Grattius ein Falisker war, und kann höchstens die andere Möglichkeit noch zugeben dasz nämlich der Dichter in der reichen fruchtbaren Gegend (Nissen, Ital. Landesk. II. 365, Hülsen, Bnd. VI p. 1972) ein Landgut erworben".

Quod ad versum 435 attinet: *huc defecta mala vidi pecuaria tabe*, hinc non licet efficere Grattium in Sicilia habitasse ut Curcio conicit, sed poetam huc aliquando iter fecisse aut vocem quoque *vidi* ex fonte poetae petitam esse.

Qualis vir fuerit Grattius incertum. Wernsdorfius (Poetae Latini Minores I, p. 4) poetam adeo ignotum fuisse putat ut a nullo praeter Ovidium memoretur; quam tamen opinionem reiciendam esse infra videbimus, cum apparebit Manilium quattuor versibus summam Grattii carminis breviter complexum esse; quod Astronomicon poeta non fecisset, nisi eos, quorum causa carmen suum scriberet, intellecturos esse putasset quemnam poetam significaret. Praeterea idem Wernsdorfius contendit Grattium nostrum servili condicione natum et libertum nobilis alicuius Romani fuisse; quod si verum esset, poeta carmen aut patrono suo aut Maecenati alicui dedicavisset; itaque multo praestat Vollmero praeeunte Grattium habere virum nobilem neque cuiusquam subiectum imperio.

Praeter carmen quod superest, nonnulli viri docti Grattio alia carmina attribuerunt. Nam ante versum Ovidii supra citatum, ubi Grattii nomen invenitur, legimus alium versum, quem codex Monacensis ita legit *Tityron antiquas passerque rediret ad herbas*. Quae verba Madvigius (Advers. cr. II, praefat. II: *Tityrus antiquas rursus revocaret ad herbas)* et Bergkius (Opusc. I, 667 *Tityrus apricans, ut erat, qui pasceret, heıbas*) ita emendare conati sunt,

ut Grattium etiam *Bucolica* scripsisse Ovidius testificaretur. Neuter tamen, ut vides, feliciter.

Riesius (Ovid. edit. III, p. XXXI) putat sermonem esse de poeta nobis ignoto, cui nomen fuerit *Passer*, ediditque *Tityron antiquas Passerque rediret ad herbas* (= „cum Passer <ad> Tityrum antiquasque herbas rediret"). Melius placet Owenii coniectura: *Tityron antiquas pastorem exciret ad herbas*; cf. etiam Ehwald, Bursians Jahresb. 43, p. 141 et 143; 109, p. 273; Crämer, Fleck. Jahrb. 153, p. 640. Sed tamen locus nimis incertus, ut eo freti Grattio *Bucolica* attribuere possimus.

Sternius (praefat. XX) collato versu Manilii (II. 43) *ecce alius pictas volucres ac bella ferarum* Grattium epos quoque de *aucupio* scripsisse putabat.

Ut iudicare possimus, utrum haec Sternii opinio vera sit an falsa, totus locus Manilii accurate examinandus est.

Exscribamus igitur eos Astronomicon libri secundi versus, de quibus lis est; postquam poeta Astronomicon de Homero Hesiodo poetisque, qui φαινόμενα et διοσημεῖα tractabant, scripsit, ita pergit:

39 quin etiam pecorum ritus et Pana sonantem
40 in calamos *Sicula* memorat *tellure creatus*;
41 nec silvis silvestre canit perque horrida motus
42 rura serit dulcis musamque inducit in arva.
43 ecce alius pictas volucres ac bella ferarum,
44 ille venenatos anguis, hic † nata per † herbas
45 fata refert vitamque sua radice ferentis.

Non potest esse dubium quin versus 39—42 ad *Theocritum* Syracusanum spectent; neque viro docto Breiter (M. Manilius' Astronomica von Breiter, II Kommentar p. 43) concedere possum simul de Vergilio sermonem esse verbis *Sicula tellure creatus* huic opinioni obstantibus.

Versu 43 *bella ferarum* ad Grattium spectare Scaliger (in comment. ad Manilium p. 104, ed. Argent. 1655) primus contendit, quem secuti sunt Teuffel, Breiter, Edwin Müller. Verba *pictas volucres* (vs. 43) et versus 44, 45 de Aemilio Macro dici idem Scaliger et alii suspicati sunt, inter quos nostra aetate Breiterus est.

Comparaverunt enim Ovid. Trist. IV. 10 43 *saepe suas volucres legit mihi grandior aevo / quaeque nocet serpens, quae iuvat herba, Macer,* quae Macri Ornithogoniam et Theriaca significant. Quominus haec ita esse credamus, obstant complures res: primum

incredibile est carmina Macri nominari versibus 43 et 44 Grattii interiecta commemoratione, deinde pronomina *alius*, *ille*, *hic* diserte *tres* poetas distinguunt, quorum primus *pictas volucres* et *bella ferarum* cecinit, secundus de *anguibus venenatis* scripsit, tertius de *herbis* egit; postremum veri similius est Manilium, qui in priore parte prooemii de Graecis egerit poetis, etiam hos versus ex Graeco suo fonte hausisse, quae Vollmeri quoque opinio est; is igitur versum 45 non ad *Macrum*, sed ad *Nicandrum* spectare putat.

Versu igitur quadragesimo tertio sermo est de aliquo poeta Graeco, qui „Cynegetica" scripsit; neque ex hoc versu cum Sternio sumere licet Grattium carmen de *aucupio* composuisse.

Ceterum non nego Manilium Grattii carmen notum habuisse et imitatum esse; optime Edwinus Müller intellexit (Philologus, 1903, Bnd. LXII, p. 68) poetam Astronomicon paucis versibus libri quinti 200—204 complura, quae Grattius tractavit, brevissime enumerare:

Manilius.	Grattius.
v. 199 venatus non ille quidem, verum *arma* creatis / venandi *tribuit*	23 *arma dabo*
v. 200 catulos nutrire sagacis	cf. 300 sqq.
v. 201 et genus a *proavis*, *mores* numerare per *urbes*	154. mille canum *patriae*, ductique ab *origine mores*
v. 202 retiaque et *valida venabula cuspide* fixa	de *retibus* Grattius agit v. 25 sqq; 108 ille etiam *valido* primus *venabula dente* / induit.
v. 203 lentaque contextis formare *hastilia* nodis	de *hastilibus* Grattius loquitur v. 127 sqq.

Confer etiam Astronomic. v. 184—188 cum Grattii versibus 89—94.

Restant nobis ex Grattii carmine hexametri 541; quae est pars longe maxima Cynegeticon primi libri; titulus enim litteris uncialibus scriptus in codice A docet inde a versu primo librum primum incipere; nam haec sunt tituli verba „item incipit gratti cynegeticon libi", quae Riesius (Anthol. Lat. 1894. I p. XXXV. 2)

sic interpretatus est „cynegeticon lib̃I = lib. I; idem iam Sannazarus invenerat, cf. eius apographon in cod. Vindob. lat. 3261. Quae poetae editor Curcio (Rivista di filol. 1898 p. 59) contra hanc opinionem adfert, putans verba *carmine et arma dabo venanti et persequar artis / armorum* credere nos cogere *secundum librum* nunquam exstitisse quod in eo fragmento, quod superest, disputatio de *armis armorumque arte* iam ad finem perducta sit, etiam hanc ob causam nullam habent *πειθανάγκην*, quod, ut in commentario demonstrabimus, versus qua forma a Curcione citatur, non a poeta scriptus est; neque enim coniectura *venanti et* pro *et venandi* ullo modo defendi potest; vera versus forma erat haec *carmine et arma dabo et venandi persequar artis.*

Qui autem carmina Oppiani Apameensis legit, novit de *arte venandi* multo plura dici posse quam in fragmento nobis tradito narrentur.

Neque igitur adstipulari possumus Curcioni scribenti: <il verso> 23 et arma... sqq. esclude la necessità di pensare ad altri libri, dopo il primo, giacchè in questo, benche manco, è compiuta la trattazione delle armi del cacciatore, e Grazio di nient' altro s' avea proposto parlare".

Habemus ergo primum tantum librum; cuius maiorem partem superesse docet numerus versuum traditorum.

De Grattii opere volventibus annis diversissime iudicatum est; olim magni fiebat a philologis, quales sunt Nicolaus Heinsius et Broukhusius; hodie, ut multa opera Romanorum, contemnitur idque non solum ab iis criticis qui, quidquid a Romanis scriptum est, spernunt parvique faciunt, sed etiam ab artis Romanae admiratoribus. Tres tamen philologos excipio hodiernos *Plessisium* elegantissimum scriptorem libri pulcherrimi „la Poésie latine" *Vollmerum* ingeniosum Grattii editorem, *Henricum Schenklium*, cuius sagacitati et doctrinae poeta noster tam multa debet. Inter laudatores poetae nominandus est etiam v. d. *Max Miller*, cui debemus nitidissimum de re venatica libellum.

Cum igitur iudicium de poeta, quem interpretaturi sumus, tantopere vacillet, iure a novo editore exspectes eum totam hanc rem denuo indagare. Incipiamus aliquot de Grattio citare iudicia.

Iul. Caes. Scaliger (1484—1558), Hypercrit c. 7. Cum duo *elegantes* poetae venationis praecepta poemate tractarint, Gratius et Nemesianus, alter alterius aut lima aut censor esse poterit. Igitur Nemesiani stilus candidus, nec vulgare sonans: praeterea

silvae propior atque effusus, Gratius *castigatior* et longe *exactius* simul cum natalibus ipsis canum designat mores, animos, vires celeritatem, sagacitatem, faciem. Et sane *divini versus multi*... Ubi vero canum tum morbos tum remedia describit Gratius, satis *ostendit aetatis suae felicitatem:* sunt enim luculentissima. Omnino vero ei *Nemesianus impar*, atque etiam *longe minor*.

Ianus Vlitius (? —1666) Ego nullum in nitidissimo hoc poemate vel naevum agnosco (in edit. 1645, p. 234).

Nicolaus Heinsius (1620—1681) ad Graevium scripsit haec: (Sylloge Burman. IV, p. 285) Miram medius fidius prae se fert elegantiam et suavitatem Gratius, ut continere iam olim me non potuerim, quin familiarem mihi redderem hunc poetam et ab eius ore frequenter penderem.

Broukhusius (1649—1707) eum (p. 342 suae Propertii editionis ann. 1727) appellat „venustissimum poetam".

Wernsdorf (fl. 1780): sed haec incommoda minime impediunt quo minus ipsum poetam egregium atque omni existimatione dignum habeamus;.... praesertim in digressionibus quibusdam, ubi ad exempla vetustatis et merita priscorum excurrit quibus ut nihil est elegantius, ita magnum poemati lumen accedit.

Stern (Gratt. edid. 1832): Gratius quam feliciter non modo attentaverit, sed etiam assecutus sit Maronis laudem, a nemine hucusque video demonstratum. Non est autem ullus, ut arbitror, poetarum didacticorum cuius tam inquinata eruditorum iudiciis praestantia sit quam hic. Qui etsi in rebus quae ad artem venationis pertinent describendis aliquotiens est obscurior, in sermone tamen nihil vulgare inest aut exile, ut in ipsa materiae tenuitate altior quidem ac prope divinus spiritus sit... Itaque in disponendis nectendisque sententiis, quam rationem et artem carminis dicere solemus, optimorum in hoc genere laudem aequavit, multos etiam superavit; sed... ipsum genus dicendi impeditum arduum salebrosum nec liberum ab obsoletae antiquitatis affectatione. Quamquam ne hoc quidem sine consilio videtur et ratione factum. Namque ut omnia in Gratio pietatis ac religionis prae se colorem ferunt, quae hominum quidem opinione antiquioris aevi solet propria esse, ita

sermonem etiam non temere ad vetustum loquendi morem composuit Gratius.

Bernhardy (Röm. Literaturgesch.[5], p. 536): die gründliche Sachkenntniss und ihr nüchterner Ernst verräth einen Mann von Fach und Erfahrung. Zwar ist der Ton hart oder gleichförmig und der Vortrag leidet an allzu sachgemässer Trockenheit, sonst besitzt aber das Gedicht einen Grad der Lesbarkeit und die Spuren einer guten Schule. Nicht selten sind poetische Wendungen und Züge, seltner hat der Dichter sein Stilleben durch Episodien und lebhafte Schilderungen unterbrochen. An dem gewählten Thema beweist er ein nur mässiges Talent für das didaktische Gedicht.

Donà (Il cinegetico di Grazio Falisco, Padova (1873) ... Grazio Falisco, scrittore, che per *le sue esimie doti* merita di esser conosciuta dalla gioventù più che non sia stato fino ad ora.

Cruttwell (History of Roman Literature[4], p. 313): It (Cynegetica) contains little to interest, notwithstanding the attractiveness of its subject... The list of trees fitted for spearshafts, one of the best passages, will show his debt to the Georgics — more than half the lines shows traces of imitation... The technical details are carefully given, and would probably have had some value; but there is scarcely a trace of poetic enthusiasm and only a moderate elevation of style.

Max Miller (Das Jagdwesen der alten Griechen und Römer, München, 1883): Der Dichter gibt nicht etwa eine blosze Anleitung zur Jagd, sondern er weisz den an sich trockenen Stoff in kunstvoller und lebendiger Darstellung zu behandeln und ihm von einem höheren Gesichtspunkte aus ein allgemeines Interesse abzugewinnen. Er gleicht hierin dem Dichter der *Georgica*, der vielfach sein Muster und Vorbild gewesen ist und dessen Kunst er auch an manchen Stellen erreicht hat.

In der Anlage und Durchführung des Ganzen, sowie in der Verknüpfung der einzelnen Gedanken kommt er den besten Autoren gleich. Da, wo er nichts Neues bietet, sondern bereits Bekanntes oder von Anderen schon Erwähntes behandelt, versteht er es doch durch seine Phantasie und seine blühende Sprache dem Gegenstande ein neues Interesse zu verleihen. Dabei hält er sich

von aller Weitläufigkeit ferne. Seine Sprache ist wie seine Gesinnung edel und gewählt, der Ausdruck knapp, manchmal feierlich und altertümlich, dabei aber auch, was in der Natur des Gegenstandes liegt, etwas dunkel. Sein Sinn verrät Frömmigheit und Achtung vor dem Althergebrachten ohne deswegen blindem Aberglauben zu verfallen.

Wight Duff (Literary History of Rome, p. 618): he wrote a dull book on the chase. So little permanent impress did his work leave that successors on similar lines, Oppian, the Greek poet of the second century and — more significant still — Nemesianus, the author of another Latin Cynegetica in the third, do not so much as mention him... Metrically correct <his hexameters> are monotonous. Grattius has a certain turn for condensed expression, but he is obscure and digressive. His platitudes, for example, on the sad results of human luxury make but an awkward pendant to his advice about the simple feeding of hounds. If there had been poetry in his soul, it might have come out in the invocation of his silvan patroness, Diana. When he takes up the subject of nets, springes, nooses, hunting-spears, breeds of dogs and horses, there may be some instruction, but there is no pleasure.

Mackail (Latin Literature, p. 122): In its tame and laboured correctness it is only interesting as showing the early decay of the Virgilian manner in the hands of inferior men.

Baehrens (Poetae Latini Min. I, p. 30): poeta neque iniucundus neque semper satis perspicuus.

Schanz (Geschichte der Röm. Litt. 2, I, p. 354): Die Darstellung ist ungemein nüchtern, *dem Verfasser ist jedes poetische Talent mit Entschiedenheit abzusprechen;* er weiss seinen Stoff nicht zu beleben, und, was noch trauriger ist, *es geht ihm der feine Geschmack ab;* wenn er einmal sich aufzuschwingen sucht, macht es einen komischen Eindruck; man lese nur, wie er die Pfadfinder auf dem Gebiete der Jagd, Dercylus (vs. 95), und der Böotier Hagnon (vs. 214) einführt, doch am sonderbarsten ist es, dass er, da er für einfache Nahrung der jungen Hunde das Wort ergreift, plötzlich die unheilvollen Folgen des Luxus bei verschiedenen Völkern darlegt (vs. 311). Auch der Ausdruck is hart und unbeholfen; infolgedessen ist das Gedicht nicht leicht zu lesen.

Die Nachahmung eines griechischen Musters lässt sich nicht nachweisen; sie ist auch nicht warscheinlich, denn es würde dann wohl etwas Besseres zustande gekommen sein.

Plessis: (la Poésie latine p. 476) Les vers sont bien tournés, l'exécution heureuse et digne des derniers jours de l'époque classique.

Vollmer: (Pauly-Wissowa, p. 1844) der Dichter <ist> seiner Vorlage nicht sklavisch gefolgt, sondern <hat> sie frei umgearbeitet und namentlich durch allerlei echt italische Züge erweitert. Ueberhaupt pflegt man die gestaltende Kunst, die dichterische Ader des G. zu unterschätzen; von den Neueren ist eigentlich nur Stern dem Manne gerecht geworden. Die Freude an seinem Stoffe ist überall deutlich; die Wärme, mit der er die Bedeutung der Jagd für die Kultur der Menschheit betont, steht der Begeisterung des Dichters der Georgica nicht viel nach, und auch die Kunst, mit der er das unvermeidliche Technische bändigt und durch verschiedene Einlagen und Schilderungen zu beleben weisz, ohne doch in den rhetorischen Bombast eines Nemesian zu verfallen, verdient alle Anerkennung; der einzige wirkliche Miszgriff ist für mein Gefühl die Anknüpfung der Deklamation über die *luxuria* an die Vorschrift die jungen Hunde knapp in der Kost zu halten. Im übrigen wird er allen Anforderungen, die sein γένος an ihn stellt, vollauf gerecht. Besonders hervorheben möchte ich noch die maszvolle Art, mit der er den Sermo technicus der Jagd verwertet; dasz wir heute einiges von seinen sachlichen Darlegungen nicht verstehen, ist nicht seine Schuld. Auch sonst ist die Sprache glatt und klar, gelegentlich nicht ohne Schmuck; der Periodenbau ist nie ungefüge, auch hier hat der Dichter von Vergil gelernt.

Haec iudicia nos docent Grattium usque ad Bernhardium multos habuisse admiratores inter quos Nicolaum Heinsium fuisse et Broukhusium, magna in litteris latinis nomina, notatu dignum est. Etiam Bernhardius nonnulla vidit, quae laudaret; non placet tamen philologis Britannis; quod non exspectamus, cum eos noverimus tantum non semper poetarum Romanorum aequos callidosque iudices esse. Nemo tamen eum tam parvi facit quam Schanzius. Congruit eius iudicium cum iis, quae scripsit vir doctus Italus *Pierleoni.* Videamus igitur quae ille in Grattio vituperaverit; is enim Gratti artem

attente diligenterque examinavit, Rivista di filologia, 1906. p. 580—597. Primum demonstrare conatur Pierleonius Grattium nimis multa e Vergilii carminibus in suum transtulisse. „Troppo spesso", inquit „egli tolse dal suo „autore" lo bello stile, e anche senza parlare delle reminiscenze — scarse del resto — dell' *Eneide* che altri trovò nel *Cyn.*, e limitandoci alle *Bucoliche* e alle *Georgiche*, troppo spesso ci avviene di imbatterci in versi che ricordano più o meno da vicino versi di Virgilio.

Tunc addit versuum catalogum; quo accurate perlecto videbis: I multos cynegeticon versus dissimillimos esse Vergilii versuum, quos Grattium imitatum esse contendit Pierleonius. II semper fere, si quid e Marone sumpserit, a nostro tantopere mutatum esse ut novi aliquid ortum sit.

Praeterea semper et ubique memores simus verborum illorum prudentissimorum Plessisii: „il est très bien de rechercher la filiation d'un poème et de montrer l'ascendance littéraire d'un écrivain: je demande seulement que l'on ne supprime pas l'auteur lui-même et son livre".

Quid nobis cogitandum sit de illo Pierleonii catalogo, exemplum docet, quod sequitur:

Cyneg. 441—442 Grattius haec habet:

ter quisque vocant, ter pinguia libant
tura foco, struitur ramis felicibus ara.

Contigit Pierleonio ut in Georgicis locum inveniret, ubi adverbium *ter* legitur: ecce autem Grattius furtum fecisse accusatur:

Georg. IV, 384 *ter liquido ardentem perfudit nectare Vestam*
385 *ter flamma ad summum tecti subiecta reluxit*

qui versus simul exemplo fuere, si Pierleonio credimus, Grattio versus 457—460 scribenti:

deus illam molliter aram
lambit et ipse suos ubi contigit ignis honores
defugit a sacris...

Vides prorsus esse necessarium Pierleonii catalogum accurate examinari; totam igitur tabulam exscribam; eos autem locos Grattii, ubi iure imitator esse dicitur, pronis litteris imprimendos curavi:

G. I. 12	*Munera vestra cano.*
Cyn. I.	*dona cano divom.*
G. I. 133—134	ut varias usus meditando extunderet artis paulatim.
G. I. 145	tum variae venere artes.

Cyn. 8—9	et contiguas didicere ex artibus artis / proserere.	
G. IV. 383	centum quae silvas, centum quae flumina servant	
Cyn. 17 [1]	centum, omnes nemorum, umentes de fontibus (omnes.	
G. I. 20	et teneram ab radice ferens Silvane cupressum.	
Cyn. 20	et inculto Silvanus termite gaudens.	
G. I. 160	dicendum et quae sint duris agrestibus arma.	
Cyn. 23	carmine et arma dabo.	
G. II. 110	crassisque paludibus alni	
Cyn. 53 [2]	clausaeque... paludes.	
G. I. 66	coquat maturis solibus aestas.	
Cyn. 58—59	quam maturis accenderit annum ignibus.... Plias.	
G. IV. 232—233	Taygete simul os terris ostendit honestum Plias.	
Cyn. 59	et claro Plias se prompserit ortu.	
G. II. 218	et bibit umorem.	
Cyn. 60 [3]	imbiberit sc. ignes solis.	
G. I. 145—146	labor omnia vicit improbus	
Cyn. 61	magnum opus et tangi, nisi cura vincitur, inpar.	
G. II. 503—504	sollicitant alii remis freta caeca ruuntque in ferrum	
Cyn. 63—64 [4]	illi aggeribus temptare superbis † ire freta †	
G. II. 62	ac multa mercede	} contextus prorsus diversus est.
Cyn. 65	quam magna mercede	
G. II. 114	extremis domitum cultoribus orbem.	
Cyn. 69	cultorque feri Tirynthius orbis.	
G. IV. 467—469	Taenarias etiam fauces, alta ostia Ditis, et caligantem nigra formidine lucum ingressus, Manesque adiit	
Cyn. 70—71	quem mare quem tellus quem praeceps ianua Ditis omnia temptantem.	
G. III. 372	puniceaeve agitant pavidos formidine pennae.	

[1]) Pierleonius falsam versus formam dat: *centum omnes nemorum, centum de fontibus omnes.*

[2]) Pierleonius non recte legit: *crassaeque.*

[3]) „ „ „ „ et supplet: *ni biberit* sc. *umorem.*

[4]) Verba *ire freta* vulgo corrupta habentur; nihil igitur demonstrant.

Cyn. 85—86 ast ubi lentae
interdum Libyco fucantur sandyce pennae.
G. II. 490—492 Felix qui potuit rerum cognoscere causas.
G. IV. 315 quis Deus hanc, Musae, quis nobis extudit artem?
G. I. 41—42 ignarosque viae mecum miseratus agrestis
ingredere.
G. II. 475—476 Musae
quarum sacra fero.
Cyn. 95—99 O felix tantis quem primum industria rebus
prodidit auctorem! Deus ille an proxuma divos
mens fuit, in caecas aciem quae magna tenebras
egit et ignarum perfudit lumine volgus?
dic age Pierio, fas est, Diana ministro.
Ecl. 6. 1—2 prima Syracosio dignata est ludere versu
nostra neque erubuit silvas habitare Thalia.
Cyn. 106—107 auctoremque operi dignata inscribere magno
iussit adire suas et pandere gentibus artis
G. II. 447 at myrtus *validis hastilibus.*
Cyn. 127 et *validis* dilectum *hastilibus* omnem.
G. II. 110—119 fluminibus salices crassisque paludibus alni
nascuntur, steriles saxosis montibus orni;
litora myrtetis laetissima; denique apertos
Bacchus amat collis, aquilonem et frigora taxi.
aspice et extremis domitum cultoribus orbem
Eoasque domos Arabum pictosque Gelonos:
divisae arboribus patriae. sola India nigrum
fert ebenum; solis est turea *virga Sabaeis.*
quid tibi odorato referam sudantia ligno
balsama...
G. I. 57 India mittit ebur, molles sua tura Sabaei
G. II. 422—443 dant utile lignum
navigiis pinus
447 et bona bello
cornus; Ituraeos taxi torquentur in arcus
G. IV. 124 et amantis *litora myrtos.*
Cyn. 128—133. plurima Threiciis nutritur vallibus Hebri
cornus et umbrosae Veneris *per litora myrtus*
taxique pinusque Altinatesque genestae
et magis incomptos opera iuturus agrestis
termes. ab Eois descendit *virga Sabaeis*

	mater odorati multum pulcherrima turis.
G. II. 10—11	namque aliae nullis hominum cogentibus ipsae
	sponte sua veniunt.
G. II. 427—428	*ad sidera* raptim
	vi propria nituntur.
Cyn. 138—139	numquam *sponte sua* procerus ad aethera termes
	exiit.
G. I. 191	at si *luxuria* foliorum exuberat umbra.
Cyn. 140.	ergo age *luxuriam* primo fetusque nocentis
	detrahe: frondosas gravat indulgentia silvas.
G. II. 368—370	inde ubi iam validis amplexae stirpibus ulmos
	exierint, tum *stringe* comas, tum bracchia tonde,
	ante reformidant ferrum: tum denique dura
	exerce imperia et ramos compesce fluentes.
Cyn. 142.	post ubi proceris generosa stirpibus arbos
	se dederit teretisque ferent ad sidera virgae,
	stringe notas circum et gemmantis exige versus.
G. I. 88—91.	excoquitur *vitium* atque exsudat inutilis umor...
	seu durat magis et *venas* adstringit hiantis.
Cyn. 145—146 [1])	his si quis *vitium* nociturus sufficit umor
	ulceribus fluet et *venas* durabit inertes.
G. I. 214	dum sicca tellure licet, dum nubila pendent.
G. II. 361	dum prima novis adolescit frondibus aetas.
Cyn. 148—149	dum pomiferis advertitur annus
	frondibus et tepidos autumnus continet imbres.
G. III. 404	nec tibi *cura canum fuerit postrema.*
Cyn. 151—152	*prima illa canum: non ulla per artis*
	cura prior.
G. II. 103—104 [2])	sed neque quam multae species nec nomina (quae sint
	est numerus.
Cyn. 154—155.	mille canum patriae, ductique ab origine mores
	quoique sua.
G. III. 244—246	amor omnibus idem.
	tempore non alio catulorum oblita leaena
	saevior *erravit* campis.
Cyn. 164—165	tunc et mansuetis tuto ferus *errat* adulter
	in stabulis.

[1]) Conferantur quae in commentario adnotavimus.

[2]) Apud Vergilium de *vitibus* sermo.

G. III. 409—410 saepe etiam cursu timidos agitabis onagros
et canibus leporem, canibus venabere dammas.

Cyn. 200—201 pavidosque iuvat compellere dorcas
aut versuta sequi leporis vestigia parvi.

G. III. 113 primus Erichthonius currus et quattuor ausus
iungere equos.

Cyn. 213 sed primum celsa lorum cervice ferentem,
Glympice, te silvis egit Boeotius Haemon.

G. I. 512 ut cum carceribus sese effudere *quadrigae*,
addunt in *spatia*.

Cyn. 227—228 incubuit, *spatiis* qualis permissa Lechaeis
Thessalium *quadriga* decus.

G. III. 534—535 . . . . et ipsis
unguibus *infodiunt* fruges.

G. III. 87—88 . . . . cavatque
tellurem.

G. I. 375—376 . . . . caelum
suspiciens patulis captavit *naribus auras*.

Cyn. 238—239 aut ipsa *infodiens* uncis vestigia plantis
mandit humum celsisve adprensat *naribus auras*.

Ecl. 5. 74—78 haec tibi *semper erunt* . . .
dum iuga montis aper, fluvios dum piscis amabit . . .
semper honos nomenque tuum laudesque *manebunt*.

Cyn. 251—252 ergo *semper eris*, dum carmina, dumque *manebunt*
silvarum dotes atque arma Diania terris.

G. III. 169 *iunge pares*.

G. III. 51 corpora praecipue matrum legat.

Cyn. 263 *iunge pares* ergo et maiorum pignore signa
feturam.

G. III. 79—81 . . . . illi ardua cervix
argutumque caput, brevis alvus obesaque terga
luxuriatque toris animosum pectus.

G. III. 85—86 conlectumque fremens volvit sub *naribus ignem*.
densa iuba et dextro iactata recumbit in armo.

G. III. 54—55 tum longo nullus lateri modus; omnia magna,
pes etiam, et camuris *hirtae* sub cornibus *aures*.

Cyn. 269—275 sint celsi vultus, sint *hirtae* frontibus *aures*,
os magnum et patulis agitatos *naribus ignes*

spirent, adstricti succingant ilia ventres,
cauda brevis, longumque latus, discretaque collo
caesaries neu pexa nimis neu frigoris illa
impatiens; validis tum surgat pectus ab armis
quod magnos capiat motus magnisque supersit.

G. II. 240 nec Baccho genus aut pomis sua nomina servat.
Cyn. 282 neque emeritae servat fastigia laudis.
G. III. 130—131 atque, ubi concubitus primos iam nota voluptas
sollicitat.
Cyn. 283 primi complexus, dulcissima prima voluptas.
G. III. 139—140 exactis gravidae cum mensibus errant
non illas gravibus quisquam iuga ducere plaustris
Cyn. 286 da requiem gravidae solitosque remitte labores.
G. I. 463 sol tibi signa dabit.
Cyn. 290 signa dabunt ipsi.
G. III. 75—78 continuo pecoris generosi pullus in arvis
altius ingreditur et mollia crura reponit;
primus et ire viam et fluvios tentare minantes
audet.
Cyn. 290—291 teneris vix artibus haeret
ille tuos olim non defecturus honores.
Cyn. 297 [1] † ire placet †.
G. II. 345 et exciperet *Caeli indulgentia terras.*
Cyn. 295 dum tepida *indulget terris clementia* mundi.
G. I. 425—426 numquam te crastina fallet
hora.
Cyn. 300 nec te mea carmina fallent.
G. III. 157 post partum *cura* in vitulos *traducitur omnis.*
Cyn. 306 *transeat* in catulos *omnis tutela* relictos.
G. III. 526—527 et Cyn. 312 sqq.; quamquam, ut ipse in commentario ostendi, Vergilii versus Grattium pellexerunt, ut versus 312 sqq. adderet, tamen hi versus ex ipsius poetae venatici calamo fluxerunt.
G. II. 506 ut gemma bibat.
Cyn. 313 ... potant ... gemmis.
G. II. 169 extulit, haec Decios Marios magnosque Camillos.
Cyn. 321 at qualis nostris, quam simplex mensa Camillis.

---

[1]) Quid Grattius scripserit, nescimus, sed verba *ire placet* haud dubie corrupta.

G. II. 533—534 sic fortis Etruria crevit
scilicet et rerum facta est pulcherrima Roma.

Cyn. 323—324 ergo illi ...
imposuere orbi Romam caput.

G. IV. 22 ludetque favis emissa *iuventus* (de apibus).

Cyn. 330 hunc spectet silvas domitura *iuventus* (de canibus).

G. III. 440 sqq. quamquam hic locus nonnulla habet cum Grattio (344 sqq.) communia, cum uterque easdem tractet res, tamen noster in vocabulis eligendis — ut commentarius docet — non obnoxius est Maroni. Remedia quae apud utrumque legimus poetam, et ex aliis scriptoribus novimus.

G. III. 67 ...subeunt morbi...
et labor et durae rapit inclementia mortis.

Cyn. 347—348 stat Fatum supra totumque avidissimus Orcus
pascitur.

G. III. 482 nec *via mortis* erat simplex

Cyn. 367 *mortis* enim patuere *viae.*

G. III. 453—454 si quis ferro potuit rescindere summum
ulceris os.

Cyn. 359—360 at si pernicies angusto pascitur ore,
contra pande viam.

G. III. 454 alitur *vitium* vivitque tegendo.

Cyn. 366—368 illa gravis labes,
cum *vitium* causae totis egere latentis
corporibus

G. III. 468—471 priusquam
dira per incautum serpant *contagia volgus.*
non tam creber agens hiemem ruit aequore turbo
quam multae pecudum pestes....

Cyn. 369—371 inde emissa lues et *per contagia morbi*
venere in volgum fusaque exercitus ingens
aequali sub labe ruit.

G. III. 551—552 et Cyn. 373—374, de quibus vide commentarium.

G. III. 213 post montem oppositum et trans flumina lata.

III. 270 superant montes et flumina tranant.

Cyn. 377—378 trans altas ducere calles
admoneo latumque fuga superabitis amnem.

(conferantur quae in commentario ad vs. 377 adnotavi).

G. II. 73 nec modus inserere atque oculos imponere simplex.

Cyn. 381 sed varii motus nec in omnibus una potestas.
G. III. 482—483 sed ubi ignea venis
omnibus acta sitis miseros adduxerat artus.
G. III. 457—459 quin etiam, ima dolor balantum lapsus ad ossa
cum furit atque artus depascitur arida febris,
profuit incensos aestus avertere.
Cyn. 388—389 ille ubi salsa siti praecepit viscera longe,
aestivos vibrans accensis febribus ignes.
G. I. 176—177 possum multa tibi veterum praecepta referre
ni refugis, tenuisque piget cognoscere curas.
Cyn. 399—400 quid, priscas artis inventaque simplicis aevi
si referam?
G. III. 283 miscueruntque herbas et non innoxia verba.
Cyn. 405 et magicis adiutas cantibus herbas.
G. III. 468—469 continuo culpam ferro compesce, priusquam
dira per incautum serpant *contagia vulgus.*
Cyn. 410—412 in primo accessu tristis medicina, sed una
pernicies redimenda anima quae prima sequaci
sparsa malost, ne *dira* trahant *contagia vulgus.*
G. III. 448—451 aut tonsum tristi contingunt corpus amurca
et spumas miscent argenti et sulfura viva
Idaeasque pices et pinguis unguine ceras
scillamque elleborosque gravis nigrumque bitumen.
Cyn. 415—417 tunc et odorato medicata bitumina vino
Hipponiasque pices neglectaeque unguen armurcae
miscuit.

(Haec medicamina apud complures scriptores rei rusticae repe-riuntur, ut dicere non possis Grattium hoc loco Georgicorum loca exscripsisse, vide commentar.).

Verba vs. 415 *odorato . . . vino* tamen scribens memor fuit:
Verg. Georg. IV. 279 huius *odorato* radices incoque *Baccho.*
G. III. 356 spirantes *frigora Cauri* } alio contextu.
Cyn. 420 *Cauri frigora* vitent }
G. III. 302—303 et stabula *a ventis* hiberno opponere soli
ad medium conversa diem
Cyn. 421—422 duc magis, ut nudis incumbunt vallibus aestus,
a vento clarique faces ad solis.
G. III. 445—446 dulcibus idcirco fluviis pecus omne magistri
perfundunt.

Cyn. 424—426	nec non tamen illum spumosi catulos mergentem litoris aestu respicit.
G. II. 433	et dubitant homines serere atque impendere curam?
Cyn. 428—429	si vincere curent desidiam et gratos agitando prendere finis.
G. IV. 418—422	*est specus ingens* exesi latere in montis quo plurima vento cogitur, inque sinus scindit sese unda reductos... intus se vasti Proteus tegit obice saxi.
Cyn. 430—434	*est* in Trinacria *specus ingens* rupe, cavique introsum reditus ... Vulcano condicta domus, quam supter eunti stagna sedent.
G. III. 428	amnes ulli rumpuntur fontibus.
Cyn. 432	ruptique ambustis faucibus amnes.
G. IV. 384—385	ter liquido ardentem perfudit nectare Vestam, ter flamma ad summum tecti subiecta reluxit.
G. II. 81	exit ad caelum *ramis felicibus* arbos.
Cyn. 441—442	ter quisque vocant, ter pinguia libant tura foco, struitur *ramis felicibus* ara.
G. IV. 554	*hic vero subitum ac dictu mirabile monstrum.*
Cyn. 443	*hic dictu mirum ac alias ignobile monstrum.*
G. IV. 419	exesi latere in montis.
Cyn. 444	ruptoque e pectore montis.
Eclog. 5. 82	venientis sibilus Austri.
Cyn. 445	venit (sc. Vulcanus) ovans Austris.
G. IV. 385—386	ter flamma ad summum tecti subiecta reluxit omine quo firmans animum ....
Cyn. 457—460	deus illam molliter aram lambit et ipse suos ubi contigit ignis honores, defugit a sacris ... huic fas auxilium ...
G. III. 459—460	et inter ima ferire pedis salientem sanguine venam.
Cyn. 470—471	stringendae nares et † na ligamina ferro armorum. *(ligamina* non = *venae)*
G. II. 527—529	ipse dies agitat festos, fususque per herbam, ignis ubi in medio et socii cratera coronant, te libans Lenaee vocat.

G. I. 338 atque annua magnae
sacra refer Cereri.
G. II. 372 dum frons tenera ...
Ecl. 5. 74 et cum sollemnia vota
reddemus Nymphis et cum lustrabimus agros.
Cyn. 483—490 idcirco aeriis molimur compita lucis
spicatasque faces sacrum ad nemorale Dianae...
ipsaque per flores medio in discrimine luci
stravere arma sacris et pace vacantia festa.
tum cadus et viridi fumantia liba feretro
praeveniunt teneraque extrudens cornua fronte
haedus ....
lustralis de more sacri quo tota iuventus
lustraturque deae ....
G. III. 81 honesti
spadices glaucique ....
Cyn. 502 Thessalus aut patriae quem conspexere Mycenae
glaucum.
G. III. 87 at duplex agitur per lumbos spina.
Cyn. 526 aut tenuis dorso curvatur spina.
G. III. 64 ... mitte in Venerem pecuaria primus.
Cyn. 529 quoius dociles pecuaria foetus
sufficient.
G. III. 533 ... ductos alta ad donaria currus.
Cyn. 535 [1]) nostras agere in sacraria tensas.

(Confert etiam G. III. 81 et Cyn. 518, inter quos locos ne minima quidem similitudo).

G. III. 90 et quorum Graii meminere poetae.
Cyn. 526 per illos
cantatus Graiis Acragas.

Qui longam hanc seriem versuum Vergilii Grattiique inter se collatorum accurate perlegit, videt *poetam venaticum raro ipsa Maronis verba in suum transtulisse carmen.* Nam fere semper et ubique, ubi Grattius easdem *res* tractat, *alia* eligit *verba* atque exemplum eius. Eum autem saepius de iisdem rebus loqui atque Georgica quisque intelligit, qui novit rei rusticae scriptores quam multa communia habeant cum scriptoribus venaticis. Dabo exemplum

[1]) Pierleonius perperam vs. 532 nominat, sed 535 nominare volebat.

luculentissimum: compara G. IV. 419 *exesi latere in montis* cum *ruptoque e pectore montis* (Cyn. 444), ubi si Grattius revera Vergilii memor est, novum haud dubie fecit versum.

Lege mihi primum quomodo Grattius *canem* describat (269, 275), deinde, quibus verbis Maro equum suum depingat. Haud infitias ibo vocabula *naribus ignes* et *hirtae aures* sumpta esse e Vergilio, sed attendas velim quo contextu legantur: *conlectumque fremens volvit sub naribus ignem*, sic Vergilius; *patulis agitatos naribus ignes / spirent:* haec Grattius, ecce denuo novus versus isque pulcherrimus.

In eadem equi descriptione Vergilius equi *animosum pectus* nominat; ab his versibus proficiscens Grattius canem suum sic depingit: *validis tum surgat pectus ab armis / quod magnos capiat motus magnisque supersit.* Estne hoc imitari?

Saepenumero vir doctus Italus contulit locos, qui quam maxime inter se differunt. Quis enim unquam compareт *et labor et durae rapit inclementia mortis* cum hoc versu *stat Fatum supra totumque avidissimus Orcus / pascitur* vel *labor omnia vicit improbus* cum Grattii versu *magnum opus et tangi nisi cura vincitur inpar?* An, quod uterque *vincendi* verbo utitur, Grattius totum versum debet Vergilio? Quanto melius Henricus Schenkl [1]) vir ille acutissimus et in poeta nostro versatissimus: „Er kennt und schätzt seinen Vergil, aber er bleibt durchaus selbständig und der übermächtige, alles nivellierende Einfluss der ovidischen Poesie hat ihn noch nicht berührt".

Transeamus nunc ad alia quae Pierleonius in Grattio reprehendit. „Ogni sua attenzione" inquit ille „è rivolta a rivestire i concetti — suoi o d'altri — della miglior forma metrica che gli sia possibile; che questa poi renda contorta l'espressione e oscuro il pensiero, poco importa." Paulo post addit „oscura e irta di difficoltà è l'espressione anche dove la materia è facile ed ovvia;" deinde ut opinionem confirmet, nobis hunc locum ostendit:

25 prima iubent tenui nascentem iungere filo
26 limbum et quadruplicis tormento adstringere limbos.
27 illa operum patiens, illa usus linea longi.
28 tunc ipsum medio cassem quo nascitur ore
29 per senos circum usque sinus laqueabis ut omni
30 concipiat tergo si quisquam est plurimus hostis.

---

[1]) Zu Grattius p. 425.

de quibus haec scribit „il pensiero è constretto in una forma che per la lingua e per lo stile „iura negat sibi nata". Quibus haec respondere velim. Primum rogo, quorum causa poeta venaticus, qualis est Grattius, sua componere soleat carmina; et hic quisque mihi respondeat, „venatorum vel eorum causa, quibus venandi ars in deliciis sit." Illi enim magnam capiunt voluptatem, si venandi praecepta, quae ipsi optime norunt, versibus expressa legunt, ingeniumque poetae admirantur, qui talem materiam poetice exornare potuerit. Non legunt, ut opinor, ii, qui nunquam venari solent, aut quibus ea ars prorsus non cordi est. Non legunt qui artem discere volunt: eorum enim causa exstant libri sermone pedestri conscripti, in quibus omnia insunt, quae ad recte venandi artem exercendam pertinent. Qui autem artis venaticae paulo peritior est, ei haec perspicue sunt enuntiata. Idem philologi experimur. Siquis opera venatica nunquam inspexit, Cynegetica cito e manibus deponit, multis difficultatibus deterritus. Sed si scit quid sit *cassis*, quid *rete*, quid *limbus*, praesertim si ea in tabula depicta vidit, tum versus citati ut non faciles, ita perspicui sunt. Quod nos hodie non omnia aeque bene intelligimus et explicare possumus, certe non poetae Romani culpa est; multa uno paucisve versibus dicit Grattius, hoc concedo, sed haec potius virtutem quam vitium duco.

„Molte sono le parole cui egli attribuisce un significato a noi sconosciuto; ad es. 25 *prima* = dapprima"; de hoc vocabulo breves esse possumus, cum in commentario demonstraverimus Vollmerum bene intellexisse *prima* nihil esse nisi adiectivum cum *exordia* coniungendum. Cum Pierleonius nos in hac re ad virum doctum Curcio deleget, libet mihi omnia reliqua exempla vocabulorum usus insoliti, quae ille in sua editione (p. XVII) adfert, accuratius examinare.

vs. 30. *plurimus*: „grosso", cf. tamen Verg. Georg. III. 52.

32. *nodus*: „maglia della rete; cf. tamen Manilium (van Wageningen) V. 665.

36. *fetus*: „lino"; *optima Cinyphiae, ne quid cunctere, paludes / lina dabunt; bonus Aeolia de valle Sibyllae / fetus;* quid? crimini dandum poetae quod vocabulum pedestre spernit quo paulo ante usus erat: eligit enim vocem exquisitiorem, quae legenti ne minimam quidem praebeat difficultatem.

77. *vellera:* „penne"; hoc quoque exquisite dictum, cf. commentarium.

91. *habitu ferino:* „odore di selvatico"; hic locus non perspicuus.

110. *mora:* vocabulum ipsis Romanis minime obscurum, cf. commentarium.

218. *via:* „metodo".

273. *caesaries:* pelo che ricopre il corpo del cane; concedendum est unicum hunc locum esse, ubi vox *caesaries* de *animali* adhibeatur.

376. *populor:* = „corrompo", „guasto", neque hoc sine exemplo, cf. commentarium.

384. *praecipiat:* „occupet anteire", sed textus corruptus est, nam cum Pithoeo *praecipitat* legendum.

408. *dulcedo:* „allettamento del grattare"; terminus qui dicitur technicus viro docto Italo ignotus, cf. commentarium.

447. *extorris:* „profano"; non recte vertit, vide comment.

470. *ligamina:* „vene"; vocabuli vim non recte intelligit vir doctus Curcio, vid comment.

483. *compita:* „are"; haec vocabuli vis nobis aliunde nota, cf. comment.

Qui omnia haec mecum accurate examinaverit, videbit paucissimorum tantum vocabulorum sententiam nobis insolitam esse, modo enim lectione corrupta utebatur vir doctus Curcio, modo locum non intellegebat.

Praeterea Pierleonius Grattio vitio dat, quod septem adhibuit ἅπαξ λεγόμενα „non giustificati dalla necessità di nuove espressioni tecniche, ma prodotto della estrema povertà lessicale di G".

Vir doctus Curcio, quem sequitur Pierleonius, octo enumerat ἅπαξ εἰρημένα:

praedexter v. 68.

perpensare v. 299.

offectus v. 406.

delecta („da *delicio*") v. 303; mala coniectura pro lectione codicis A *delacta*, pro qua *de lacte* legendum.

cannabius v. 47; sed cum Vollmero *cannabinus* (καννάβινος) restituendum.

nardifer v. 314, cf. turifer.

termiteus v. 447.

adprensat v. 239.

Potuerat addere vocabula: *plagium*, *metagon*, *verutus*.

Sed num licet haec afferri ad artem poetae detrectandam? Non opinor; cur nolumus Grattium novam vocem „nardifer" fingere, cum „*turifer*" a nullo improbetur?

Quod Pierleonius poetae nostro crimini vertit, quod nimis saepe isdem utitur vocabulis idque brevioribus intervallis (*arma* vicies, *opus* semel et vicies), haec vera exprobratio.

Sed etiam alia in Grattii Cynegeticis sunt quae Pierleonio vehementer displiceant; „in tutto il poemetto", inquit „appare un tono enfatico artificioso, che si revela specialmente nelle frequenti apostrofi (vv. 6, 101, 209, 211, 214, 250, 315, 427, 533), nelle interrogazioni (quid? vv. 92, 117, 174, 399, 477), nelle esclamazioni, alcune delle quali lunghissime, ma tutte o quasi, come le apostrofi, ricercate ed esagerate (vv. 95, 176, 320, 427, 451, 528), indizio non di animo commosso ed agitato, ma dello sforzo che il poeta fa per sollevare se stesso e il lettore, quando si accorge che gli vien meno il vigore dell' immaginazione. Quasi sempre queste esclamazioni e apostrofi servono di passaggio artificioso ad un episodio - purpureus late qui splendeat pannus - spesso spoporzionato".

Quod ad *apostrophas* attinet, pleraeque intervallis tam longe inter se distantibus adhibentur (6, 101, 209; 250, 315, 427, 533) ut non molestae sint. Vocabulum *quid*? nimis saepa in eius carmine legimus, sed Grattium hoc vitio laborare concessimus.

De *exclamationibus* aliter sentio atque Pierleonius; quippe quae mihi argumento sint nostrum poetam artis venaticae in qua totus sit amore ardere.

Quodsi, ut unum demus exemplum, Pierleonius Grattium vituperat ob exclamationem qualem legimus de Dercylo inventore, non meminit Ciceronem quoque omnes *magnos* vocare, *qui praesidia contra feras invenerint* (Tuscul. I. 25) Audias, quaeso, quomodo Cicero paulo ante de ipsa inventione iudicet: „*Quid? illa vis quae tandem est, quae investigat occulta, quae inventio atque excogitatio dicitur? Ex hacne tibi terrena mortalique natura et caduca concreta ea videtur...?*"

Noli igitur poetam *inflatum* ducere, quod vs. 427 ita canit:

o rerum prudens quantam experientia vulgo
materiem largita boni...

Ut nobis luculentum exemplum det eiusdem illius inflati stili, citat laudes quibus Grattius Hagnonem ornat:

213. sed primum celsa lorum cervice ferentem,
Glympice, te silvis egit Boeotius Hagnon,
Hagnon Astylides, Hagnon quem plurima semper
gratia per nostros unum testabitur usus.

Sed et cetera exempla et hoc idem docent Grattium artis suae inventores fautoresque summa laude dignos habere, idque ob hanc causam quod ipsam artem venandi tanti aestimat.

De versibus 310—325 disputabimus in commentario.

Postremo Pierleonius accusat Grattium quod nimis saepe alliteratione utatur; cuius cum 90 sint exempla (1 : 6) in Grattio, in hac re similior est Plauti Enniique quam Ovidii aliorumque poetarum Augusti aetatis. Quam ob rem Pierleonius haec scribit: „che se pensiamo che la mancanza della alliteratio è in poesia indizio di perfezione, tanto che nei migliori poeti dell' età classica non se ne trovano esempi che come rara eccezione, noi potremo anche con questo ultimo argumento confortare il nostro giudizio sulle attitudini artistiche e poetiche di Grattius." Quibus sic respondere velim: cum alliterationem spernere facilius sit quam adhibere, de hac re nihil aliud licet dicere quam poetam alliterationem in deliciis habuisse et de industria antiquiores poetas sequi maluisse quam suae ipsius aetatis. Denuo iuvat me citare prudentissima verba egregii philologi Schenkl: „Grattius bleibt durchaus selbständig, der übermächtige Einfluss der ovidischen Poesie hat ihn noch nicht berührt.

Haec fere sunt, quae Pierleonius adtulit, ut ostenderet Grattium poetam nullius pretii fuisse. Disputationis finem facit hunc: „io ritengo che, se Grattius fu dai Romani dimenticato, la colpa non fu tutta di chi lo dimenticò." Quae scribens vir doctus Italus de Nemesiano cogitat, cui Grattius ignotus fuisse dicitur a Curcione Schanzio aliisque; Nemesianum tamen Grattii carmina cognita habuisse demonstrare conatus sum in Mnemosyne 1917 (p. 53—68); neque igitur hoc argumentum, si recte ibi disputavi, ad poetam detrectandum quicquam valet.

Hactenus hoc tantum egi, ut obtrectatorum crimina refutare conarer; nunc quid ipse de nostri poetae ingenio et arte sentiam paucis explicabo.

Grattii Cynegetica ita divisa sunt:

Prooemium: 1—24; 61—75.
de retibus: 24—61.
de pennato: 75—89.
de laqueis: 89—92.
de pedicis: 92—95.
laus Dercyli inventoris: 95—108.
de hastis et sagittis: 108—127.
de ligno hastis faciendis apto: 127—150.
de canibus: 150—213.
laus Hagnonis: 213—220; 249—253.
de metagonte: 220—249.
de Thoe: 253—263.
de canum coitione: 263—269.
de signis canis egregii: 269—279.
de cane gravida: 279—290.
de optimis catulis eligendis: 290—301.
de catulis recte alendis: 301—310.
de luxuria: 310—326.
de magistro catulorum: 326—337.
de vestitu venatoris: 337—344.
de morbis canum: 344—497. *de morborum causis:* 366—383.
a. *de vulneribus:* 344—366.
b. *de rabie:* 383—408.
c. *de scabie:* 408—464 (*de antro Vulcani:* 430—464).
d. *de robore:* 464—477.
e. *de tussi, veterno, podagra:* 477—479.
f. *de Dianae sacrificio:* 479—497.
de equis: 497—541.

Si quis dubitat, utrum Schanzius recte contenderit poetae nostro nihil ingenii esse, ante omnia mihi legat locum illum, ubi antrum Volcani describitur; nonne omnia hic plena dignitatis sunt, nonne te sacro horrore perfundunt? Si unquam, versu 445 alliteratio bene adhibetur:

venit ovans Austris et multo flumine flammae / emicat ipse.

Legas velim versus, quibus catulus inter ceteros excellens describitur: teneris vix artibus haeret
291 ille tuos olim non defecturus honores;
iamque illum inpatiens aequae vehementia sortis
extulit: adfectat materna regna sub alvo,

ubera tota tenet, a tergo liber aperto,
dum tepida indulget terris clementia mundi;
verum ubi Caurino perstrinxit frigore vesper,
inreptat, turbaque potens operitur inerti.

Quam lepide metrum exprimit leporis velocitatem: 201 aut versuta sequi leporis vestigia parvi.

Pulchra etiam canis venatici descriptio, quam legimus v. 220—245, quos his verbis citat Schenkelius (p. 442) „die schöne Schilderung des spürenden Hundes deren Anschaulichkeit und Wahrheit jeden erfreuen musz, der einmal mit der Flinte hinter einem guten Vorstehhund einhergegangen ist."

Morbi quoque, qui vexant canes, versibus nervosis describuntur.

Denique meum de Grattio iudicium complecti velim hisce paucis verbis: non est, quod contendit v. d. Duff, poeta odiosus, tenet eum qui carmen eius legit usque ad finem; spernit humilia, neque tamen eius oratio tumida, multa quae apud alios praesertim Vergilium legit, in suum usum convertit, plerumque tamen ipsa verba mutavit. Non est magnus poeta, longe posthabendus Vergilio, divino illi vati; nimis inique tamen de eo iudicant Pierleonius quique cum eo stant. Difficilior licet sit eius oratio, raro tamen obscura. Praeterea operam sibi dedit, ut descriptionibus technicis quae dicuntur intericeret digressus non iniucundos lectu. Eum rei metricae peritissimum esse ne Pierleonius quidem negat. Sed non plura de recte Grattio aestimando, cum et Sternius et Vollmerus poetae nostri virtutes optime ostenderint.

2. Quo tempore Cynegeticon libri scripti sint quaeritur.

Egerunt de hac re v. d. *Curcio*, Riv. filol. class. XXVI. 1898, p. 55—57 et in prolegomenis suae editionis p. IX—XIII; *Cessi*, Boll. filol. class. 1899. p. 133—135.

Terminus, ante quem carmen scriptum est, facillime definitur collato versu Ovidii supra citato, Ex Ponto IV. 16. 4; hic enim narrat Ovidius se Grattii carmen notum habuisse, *cum vivis adnumeraretur*, i. e. cum nondum in exilium abiisset, i. e. ante annum 8 post Christum natum. Cum versu 312 legamus de regibus Aegypti expulsis, *fieri non potuit, ut carmen ante annum 30 ante Chr. natum scriberetur.*

Sed v. d. Curcio demonstrat poetam nostri carminis compluribus locis Vergilii Aeneidem nosse videri. Quos locos hic excribam:

1. Cyneg. 38.
   qua cultor Latii per opaca silentia Thybris
   Aen. II. 255.
   a Tenedo tacitae per amica silentia lunae

2. Cyneg. 103—104.
   haut illo quisquam se iustior egit,
   hau fuit in terris divom observantior alter
   Aen. I. 544—545.
   quo iustior alter
   nec pietate fuit nec bello maior et armis

3. Cyneg. 159.
   sunt qui Seras alant, genus intractabilis irae
   Aen. I. 339.
   sed fines Libyci, genus intractabile bello

4. Cyneg. 223—224.
   tum signa vapore ferino
   intemerata legens, si quast qua fallitur eius
   Aen. IX. 392—393.
   simul et vestigia retro
   observata legit dumisque silentibus errat.

5. Cyneg. 239.
   mandit humum, celvisve adprensat naribus auras
   Aen. XI. 669.
   mandit humum moriensque suo se in volnere versat.

6. Cyneg. 247.
   in partem praedae veniat comes et sua norit
   Aen. III. 222—223.
   in partem praedamque Iovem; tum litore curvo

7. Cyneg. 251.
   ergo semper eris, dum carmina dumque manebunt
   silvarum dotes ....

Aen. IX. 446.

fortunati ambo! si quid mea carmina possunt,
nulla dies unquam memori vos eximet aevo
dum domus eqs.

Confer tamen Eclog. 5. 74—78.

8. Cyneg. 257.

et subiere astu et parvis domuere lacertis

Aen. X. 522.

ille astu subit, at tremibunda supervolat hasta

9. Cyneg. 322.

qui tibi cultus erat post tot, Serrane, triumphos!

Aen. VI. 844.

Fabricium vel te sulco, Serrane, serentem?

10. Cyneg. 342.

terribilemque manu vibrata falarica dextra

Aen. IX. 705.

sed magnum stridens contorta phalarica venit
fulminis acta modo

11. Cyneg. 348.

pascitur et nigris orbem circumsonat alis

Aen. VIII. 474.

hinc Rutulus premit et murum circumsonat armis

12. Cyneg. 373—374.

quod sive a Stygia letum Proserpina nocte
extulit et furiis commissam ulciscitur iram

Aen. III. 215.

pestis et ira deum Stygiis sese extulit undis

13. Cyneg. 390. moliturque fugas, Aen. II. 109. fugam moliri

14. Cyneg. 411, Aen. II. 118: vocabuli *anima* eadem sententia.

15. Cyneg. 430—33.
Aen. I. 159—168.
VI. 42—44

} scena simili modo describitur

16. Cyneg. 438.
incola sancte, tuam: da fessis ultima rebus
auxilia
Aen. III. 145.
quam fessis finem rebus ferat

17. Cyneg. 443.
hic dictu mirum atque alias ignobile monstrum
Aen. III. 26.
horrendum et dictu video mirabile monstrum

18. Cyneg. 446—450.
manu ramum pallente sacerdos
termiteum quatiens „procul hinc extorribus ire
edico praesente deo, praesentibus aris ..."
Aen. VI. 258—259.
„procul o procul este profani"
conclamat vates, „totoque absistite luco."

19. Cyneg. 450.
inclamat: cecidere animi et trepidantia membra
Aen. III. 260.
deriguit: cecidere animi, nec iam amplius armis

20. Cyneg. 480.
non opibus tanta est fiducia nostris
Aen. I. 529.
non ea vis animo nec tanta superbia victis

21. Cyneg. 492.
lustraturque deae proque anno reddit honorem
Aen. III. 279.
lustramurque Iovi votisque incendimus aras.

22. Cyneg. 519. patiens operum, Aen. IX. 607. patiens operum.

23. Cyneg. 539 ...tum Italiae (sic di voluere parentes)
Aen. V. 50. semper honoratum (sic di voluistis) habebo.

24. Cyneg. 225.
turba loci, maiora secat spatia extera gyro
Eandem atque hic verbum *secandi* sententiam habet Aen. V. 658; VI. 899; IX. 15; XII. 368.

25. Cyneg. 214—219. } eadem sententiae structura, eadem
Aen. VI. 162—167. } epanaphora.

Multi ex his locis qui dicuntur παράλληλοι nihil valent ad demonstrandum Grattium Aeneidem legisse; quales sunt ii loci quibus numeros 4, 7, 8, 9, 11, 13, 14, 15, 17, 18, 20, 24, 25 apposui.

Quod paucis planum faciam; comparat v. d. Curcio (17) Cyn. 443 cum Aen. III. 26, sed Grattius ante oculos habuit Georg. IV. 554 *hic vero subitum ac dictu mirabile monstrum.*

Restant tamen 5, 6, 12, 16, 19, 21, quibus locis putaveris Grattium Aeneidos memorem esse. Addi potest Cynegeticon versus 104 cuius finis observ*antior alter* similis est Aeneidos versus VI. 164 quo non praest*antior alter*. Quodsi vir doctus Curcio talium versuum similitudine fretus contendit Grattii carmen post annum 19 a. Chr. natum scriptum esse — quo anno Aeneis publici iuris facta est —, non obliviscendum est fieri potuisse, ut his locis uterque poeta antiquiorem poetam sequeretur, e. g. Ennium. Quod ut exemplo confirmem, cito Grattii versum 376 *seu terra suos populatur honores*, qui versus finis etiam apud Silium Italicum invenitur (XII. 244).

Ibi autem malo sumere Silium et Grattium ex tertio aliquo poeta, quam Silium ex nostro hausisse.

Idem videmus Grattii v. 342, ubi versus finis *falarica dextra.* Eodem autem modo Silius versum I. 351 claudit *librari multa consueta f a l a r i c a d e x t r a*, cum quo loco *Ernestus Wezel* (De C. Silii Italici cum fontibus tum exemplis, diss. Lips. 1873, p. 43) confert Ennii fragm. 544 (Vahlen) *quae valide veniunt* .... *falarica missa.* Fortasse igitur *falarica dextra* et *populatur honores* Ennii versuum fines sunt.

Sed tota haec quaestio dignissima est in quam accuratius inquiratur; hic tantum hoc declaro me credere Grattium *Ennii* carmina hic illic imitatum esse.

Sed, ut redeam, unde abii, tutius esse mihi videtur — ut nunc res se habent — sumere Grattii carmen compositum esse intra annum 30 ante Chr. n. et 8 post Chr. natum.

3. De Grattii fontibus.

In adnotationibus ad vs. 6—9 Edwinio Muellero duce docuimus Grattium nonnulla ex *Posidonio* sumpsisse.

In canum catalogo componendo scriptorem Graecum Grattii exemplum fuisse ingeniose perspexit Radermacherus (Rhein. Mus. 60 p. 249), qui sic ratiocinatur: „enumerantur canes hi: *Medi, Celtae, Geloni, Persae, Serae, Lycaones, Hyrcani, Umbri, Britanni, Molossi, Athamanii, Macedones, Arcananes, Aetoli.* Sequuntur de mixtura gentium praecepta, deinde canes *Siculi, Sycambri, vertrahae, metagontes* quos optimos iudicat. Patet igitur *Asiaticos* primos nominari, deinde *Europaeos.* Mirum autem videri potest, quod inter Medos Gelonosque Celtae ponuntur neque certe id moris Romanorum est, qui sic appellare Galliae solent incolas. Ipse quidem Grattius totius disputationis acumen percepisse non videtur, quoniam eosdem canes postea (v. 194) Gallos vocat. Nempe quem sequitur, is auctor Κέλτας Γαλάτας intellexerat, Asiae habitatores, ex Gallicis canibus idem produxerat teste Grattio Sycambros et vertrahas. Itaque errore suo Grattius convincitur, dum ex Graeco quidem fonte haurit, sed male haurit. Hinc igitur illa fluxit doctrina quam in poeta latino miramur, hinc metagontis quoque nomen. *Fuit autem Graecus ille auctor post Alexandrum Magnum* quia quae de cane Indico narrat, ex aliquo Alexandri Magni historiarum scriptore petisse videtur. Fuit, nisi fallor, Cynegeticorum scriptor quidam doctus Alexandrinus".

Pseudoxenophontis *Cynegetica* Grattio exemplo fuisse putabat Henricus Schenkl, sed demonstrat v. d. Curcio (Rivista di Filol. Class. XXVI. p. 55—69) nusquam apparere poetam Faliscum venatoris Graeci librum in suum usum convertisse.

Quid Grattius Vergilii *Georgicis* debeat, supra demonstravimus. Sed licet in canum catalogo scribendo ex Graeco fonte hauserit, licet et in aliis carminis sui partibus ex scriptoribus Graecis materiam suam sumpserit, tamen ubique intermiscet Romana, cf. vs. 18, ubi *Faunus*, vs. 20 ubi *Silvanus* nominatur; sic *Tuscorum campum* (36), *Tiberim* (37), *Faliscos* (40), *Lucaniam* (120), *Altinates* (130), canem *Umbrum* (172) memorat; sic v. 321—325 *Romam* laudibus extollit; in enumerandis medicaminibus scabiei non obliviscitur *picem Hipponiam* (416); sic *Vulcani specus Siculum* multis pulcherrimisque versibus (430—463) describit; v. 474 legimus de vino *Massico*; loquitur de festo Dianae quod Ariciae

celebrabatur (483—495); saepius occurrunt nomina Italica, ut *Caudini* saxa *Taburni* (509), *Garganus, Alpes Ligurinae* (510); a versu 539 incipit *laus Italiae,* quae tamen tota fere periit.

Est et alius locus (430—463) cuius originem fortasse indagare possumus. Descriptionem speluncae Siculae dico ubi legimus de miraculo quodam ignis:

> hic (dictu mirum atque alias ignobile monstrum)
> adversis specibus ruptoque e pectore montis
> venit ovans Austris et multo *flumine fllammae*
> emicat ipse

In commentario enim demonstrare conatus sum Grattium hoc loco ex *Varrone* hausisse. Praeterea *Lucretio* usus est, cf. commentar. ad vs. 375 seq.

Ex versu 423 apparere videtur poetam etiam *Catonem* inspexisse. Fortasse *Ennium* quoque hic illic imitatus est, cf. supra p. 30.

4. De hexametri Grattii natura.

Grattius qui, ut omnes concedunt, rei metricae peritissimus est, sedulo operam dat, ut dactyli et spondei alternis vicibus in versu ponantur.

Vir doctus Curcio primos centum versus examinavit:

1. Dsss.

   Dona cano divom laetas venantibus artis
   1. 3. 13. 20. 30. 36. 47. 52. 58. 59. 60. 64. 70. 72. 78. 98

2. ddss.

   Te sociam, Ratio, rebus sumpsere gerendis
   6. 15. 21. 23. 25. 34. 42. 49. 62. 66. 87. 99

3. dsds.

   Rete velim plenisque decem consurgere nodis
   32. 53. 55. 61. 63. 69. 80. 94. 96. 97. 100

Ex centum igitur versibus 40 eam formam habent, quam optimi poetae maxime in deliciis habuerunt.

Versibus spondiacis

non utitur Grattius.

Elisio.

Vocales longae ante monosyllaba saepius eliduntur, cf. 23 dabo et, 311, 327 ratio et, 450 animi et, 486 medio in; sed etiam ante vocabula plurium syllabarum: 4 inconsulti homines 105 ergo illum 140 ergo age 234 vero inpensum 246 ergo ubi 323 ergo illi 328 idcirco imperium 352 longe auxilium 392 ergo insita 411 redimenda anima 483 idcirco aeriis 493 ergo inpetrato.

Caesura.

Durior sola caesura, quam legimus v. 240

est tamen ut ne prima / faventem pignera fallant

Caesuram in hiatu cadentem invenimus nusquam nisi

528 Nebroden liquere ferae /; o quantus in armis

249 hoc ingens meritum; / haec ultima palma tropaei (sed *meritumst* scribendo hiatus vocalisque productio tollitur.)

Productio vocalis in arsi.

43 velatur sonipēs aestivi turba Canopi
130 taxiquē pinusque Altinatesque genestae
294 (?) ubera tota tenēt a tergo liber aperto
339 (?) suīs et tergore fulvo

Vocalis brevis in vocabuli exitu posita, si sequuntur consonae duae, non producitur; textus receptus si sanus est, ante *st* et *sp* producitur vocalis brevis his tantum locis:

142 post ubi proceris generosā stirpibus arbor
259 volpinā species: tamen huic exacta voluntas.

Correptio vocalis.

86 interdum Libyco fucantur sandўce pennae
175 venerĭs atque ipsos libeat penetrare Britannos
416 Hippŏniasque pices neclectaeque unguen amurcae.

5. De Grattii codicibus.

Ovidii Halieutica et Grattii Cynegetica nobis tradita sunt duobus codicibus ex quibus alter vetustior pars est codicis *Vindobonensis*

lat. 277 (saeculo VIII° exeunte vel initio IX[i] scripti), alter recentior *Parisinus* lat. 8071 vel *Thuaneus* (saeculi IX—X), qui Halieutica et Grattii versus 1—159 continet.

Thuaneum ex Vindobonensi descriptum esse demonstravit Ludovicus Traube, vir egregius (Berliner philol. Wochenschrift 1896, p. 1050). Iam ante eum Hauptius in editione sua Ovidii Halieuticon, Gratii et Nemesiani Cynegeticon, quae anno 1838 apud Weidmannos prodiit (p. XIII), haec scripserat: „huius codicis Parisini et alterius Vindobonensis tanta est convenientia ut quae utrique communia sunt ex Vindobonensibus membranis sumpta esse facile possis suspicari nisi quod accuratius inquirenti similius etiam veri videbitur in utrumque librum carmina ex alio antiquiore non eadem diligentia transscripta esse." Invenit igitur veritatem simulque sprevit.

Extant praeterea apographa duo et haec ex Vindobonensi descripta saeculo sexto decimo eadem manu scripta; eorum alterum exhibet ipse codex Vindobonensis 277, alterum invenitur in codice Vindobonensi lat. 3261, qui ab Hauptio in sua editione p. XXV describitur; plura invenies apud Ausonii editores K. Schenkl (p. XXXIV) et R. Peiper. Continet codex Ausonii excerpta, Ovidii Halieutica, Nemesiani Cynegetica, Grattium. Utrumque apographum ab Actio Syncero *Sannazaro* scriptum esse docuit Henricus Schenkl, vir de Grattio optime meritus. (Zu Grattius und anderen latein. Dichtern, p. 388—392.)

Praeterea novimus apographum Iohannis Lucretii *Aesiandri*, quod adhibuit Georgius *Logi* (Georg von Logau) in Aldina anni 1534.

Postremum mentio facienda est apographi codicis Parisini vel Thuanei quod servavit codex *Ambrosianus S. 81 sup.* In hoc apographon etiam nonnullae lectiones Sannazarianae receptae sunt, cf. H. Schenkl, p. 394—395. Ad textum constituendum prorsus inutile est.

Codex *Vindobonensis lat. 277* (A) maximi pretii est; H. Schenklius (p. 402) de eo scribit: „das macht uns eben den alten Vindobonensis so wertvoll, dass er uns die Halieutica und den Grattius in einem durch Schäden und Verderbnisse zwar arg enstellten, aber dafür auch von den Interpolationen angelsächsisch-schottischer oder karolingischer Kritiker unberührt gebliebenen Text fast direkt aus dem Alterthum überliefert."

Codex, qui post saeculum nonum latuisse videtur, inventus est

a *Sannazaro* (1458—1530), cf. quae P. Summontius in praefatione ad Pontani dialogum, cui *Actius* est titulus, de eo scripsit: „advexit (sc. Sannazarus) nuper ex Heduorum usque finibus atque e Turonibus (sc. Neapolim) dona quaedam mirum in modum placitura literatis viris Martialis Ausonii et Solini codices novae atque incognitae emendationis...... is etiam ad nos attulit Ovidii fragmentum de piscibus, Gratii poetae cynegeticon, cuius meminit Ovidius ultima de Ponto elegia, cynegeticon item Aurelii Nemesiani qui floruit sub Numeriano imperatore et Rutilii Namatiani elegos..."

Huius codicis supersunt duo tantum quaterniones (XVII et XVIII), qui ab uno scriba scripti sunt; litterae sunt minusculae *carolinae*, sed apparent etiam vestigia ductus *merovingici:* „nempe sub oculis", inquit Vollmerus in praefatione editionis p. 4, „habebat exemplar merovingica litteratura exaratum, cuius tractus quia interdum non intellegebat, cautus malebat depingere quam litterarum formis recentioribus reddere," cf. Chatelain, paléographie des classiques latins, pl. 101, H. Schenklii apographon, l. l. p. 445—476; et eundem p. 414 eqs.

Hoc igitur codice textus Grattii nititur; et, quoniam *Thuaneus* (B) ex A descriptus est, praeeunte Vollmero, solius codicis A lectiones in apparatu commemoravimus; ubi tamen codicis B lectiones nominantur, eae merae scribae coniecturae putandae sunt.

In apparatu critico componendo grato animo usi sumus Schenklii apographo iis locis quos Vollmerus p. 5 editionis notavit correctis.

Virorum doctorum coniecturas in apparatu critico multo plures commemoravi quam Vollmerus, ut futuri editores facilius, quid iam a prioribus propositum esset, discerent; praeterea sic demum imaginem nanciscimur textus historiae; denique desidero apud Vollmerum complures coniecturas, quarum utique mentio facienda fuerat.

6. **Editiones.**

1°. Poetae tres egregii, nunc primum in lucem editi: Gratii de venatione I, P. Ovidii Nasonis Halieuticon liber acephalus; M. Aurel. Olymp. Nemesiani Cynegeticon lib. I, Eiusdem carmen bucolicum; T. Calpurnii Siculi Bucolica; Adriani Cardinalis Venatio, cum praefatione Georgii Logi Silesii, ad Antonium Fuccarum, Augustanum, Venetiis Aldus, 1534.

2°.	—, H. Steyner, Augustae Vind. 1534	hae editiones repetunt *Aldinam.*
3°.	—, ed. Lugdunensis, 1537, apud Seb. Gryphium	

4°. Epigrammata et poematia vetera, edit. Petr. Pithoeus, Paris, 1590.

5°. — Lugd. 1596.

6°. Daretis Phrygii de bello Troiano libb. VI a Cornelio Nepote latino carmine donati; it. Lucani Panegyricum ad Calp. Pisonem, Gratii et Olympii Cynegeticon, Rufi Festi Avieni descriptio orbis, Olympii et Calpurnii Bucolicon, Antverpiae, apud Ioach. Trognaesium, 1608.

7°. Venatici et Bucolici poetae latini, Gratius, Nemesianus, Calpurnius, cum commentariis Casp. Barthii, Acc. fragm. Vestr. Spurinnae, Hannoviae, 1613.

8°. Gratius, Nemesianus, Calpurnius cum Darete Phrygio, Duaci sumptibus Baltazaris Belleri 1632, (eadem editio atque 6° titulo mutato).

9°. Iani Vlitii [1]) Venatio Novantiqua, ex officina Elzeviriana 1645. — „Curae secundae" additae sunt anno 1655.

[1]) Quoniam in historiis philologiae classicae nomen huius viri doctissimi, sagacissimi, diligentissimi, quo patriae nostrae iure gloriari licet, mirum in modum siletur, pauca de eius vita addam, quae leguntur in opere, quod inscribitur „Biografie Universelle":

„*Vlitius* ou *van Vliet* (Jean), philologue hollandais, dont on ne connaît positivement ni l'année ni le lieu de naissance, était, quand il mourut à Breda en 1666 âgé de 56 ans, à ce que l'on présume. Il cultiva avec beaucoup de succès la littérature ancienne et la poésie latine, sans négliger sa langue maternelle, dont il chercha les rapports avec les anciens idiomes du Nord. Il fut lié avec les hommes les plus distingués, non seulement de sa patrie, mais de l'Angleterre et de la France, où il voyagea. Nommé, en 1651, membre de la magistrature de Breda, avec le titre de greffier, il accompagna la même année à Londres, en qualité de secrétaire, l'ambassade extraordinaire des États Généraux. Des chagrins domestiques empoisonnèrent ses derniers jours. Nous citerons son travail sur Grattius, qu'il publia sous ce titre: *Iani Vlitii venatio novantiqua*, Leyde, Elzevir, 1645, in 8° de 490 p.; et un ouvrage (en hollandais) sur le droit de succession d'après les coutumes de la ville et de la banlieue de Breda."

10°. Gratii Cynegeticon, ed. Christ. Wasius, Londini, 1654.

11°. Gratii et Nemesiani Cynegetica, ed. Thom. Johnsonus, Londini 1699.

12°. Poetae Latini rei venaticae scriptores et Bucolici antiqui. Videlicet Gratii Falisci atque M. Aurelii Olympii Nemesiani Cynegeticon Halieuticon et de Aucupio. Cum notis integris Casp. Barthii, Iani Vlitii, Th. Johnson, Ed. Brucei. Acced. M. Langii Dispunctio Notarum I. Vlitii et Caji Libellus de Canibus Britannicis. Itidem Bucolica M. Aurelii Olympii Nemesiani et Calpurnii. Cum notis integris Rob. Titii, Hug. Martelli, Csp. Barthii, I. Vlitii et Commentario Diomedis Guidalotti et B. Ascensii. Quibus nunc primum acced. Ger. Kempheri Observationes in III priores Calpurnii Eclogas, 4 Lugdun. Batav. et Hag. Comit. 1728, Langerak.

13°. Poetae Latini minores s. Gratii Falisci Cynegeticon, M. Aurelii Olympii Nemesian. Cynegeticon et eiusd. eclogae IV, Calpurnii eclogae VII, Cl. Rutilii Iter, Serenus Sammonicus de medicina, Vindicianus s. Marcellus de medicina, Q. Rhemmius Fannius Palaemon de ponderibus et mensuris et Sulpitiae satira. Cum integ. V. D. notis etc. curante Pt. Burmanno, qui et suas adiecit adnotationes, 2 vol. 4 Leidae, 1731. (Ex editione Petri Burmanni fideliter expressi 8 Glasguae 1752).

14°. Gratii Falisci Cynegeticon et M. Aurelii Olympii Nemesiani Cynegeticon cum notis selectis Titii, Barthii, Vlitii, Iohnsonii et Petri Burmanni integris, Mitaviae 1775, Hinz.

15°. Poetae Latini minores. Tomus primus complectens Gratii Falisci, M. Aur. Olympii Nemesiani, D. Magni Ausonii aliorumque de venatione aucupio et piscatu carmina et fragmenta. Curavit Io. Christianus Wernsdorf. Altenburgi, ex officina Richteria, 1780 (repetita a Lemairio, Parisiis 1824, vol. I).

16°. Gratii Fal. et Olympii Nemesiani Carmina venatica cum duobus fragmentis de Aucupio ed. Rheinh. Stern. Halis Sax. 1832.

17°. Ovidii Halieutica Gratii et Nemesiani Cynegetica ex recens. Mauricii Hauptii, Accedunt inedita Latina et tabula Lithographica, Lipsiae apud Weidmannos, 1838.

18°. Poetae Latini minores rec. et emend. Aemilius Baehrens, vol. I, p. 29, Lipsiae in aedibus Teubneri, 1879.

19°. Corpus Poetarum Latinorum a se aliisque denuo recognitorum et brevi lection. varietate instr. ed. Joh. Perc. Postgate, tom. II, p. 1 sqq., Londini, sumptibus Bell et filiorum, 1900.
Rec. Classical Rev. (Housman) 14 [1900] p. 465.

20°. Poeti Latini minori, testo critico, commentato di G. Curcio, vol. I, 1. Gratti Cynegeticon 2. Ovidi de piscibus et feris, Acireale, 1902.
Rec. R. I. P. XLVI, p. 22—23 [P. T(homas)].
Rcr. 1903, p. III [E. T(homas)].
B. ph. W. 1903, p. 840—843 (H. Schenkl).
Cu XXII, 8 (Paribeni).
R. F. 1904, p. 341—342 (Ferrara).

21°. Poetae Latini Minores post Aem. Baehrens iterum rec. Fr. Vollmer, vol. II, fasc. I, Ovidi Halieuticon libri I fragmentum; Gratti Cynegeticon libri I fragmentum, in aedibus Teubneri 1911.
Rec. Class. Rev. XXVII, p. 179 [J. J.(ackson)].
Classici e Neolatini VIII (1912), p. 110—111 (Rasi).
Boficl. XVIII p. 44 (Giarratano).
B. ph. W. 1914, p. 93 (H. Schenkl).
Roman. Jahresb. XIII. 1.75 (Köhm).
R. F. XXXIX. 3 p. 450 (Lenchatin de Gubernatis).

7. Dissertationes et adnotationes.

Ioann. Schrader, In Gratium (observat. lib. [1761], p. 29).

Fr. Jacob, Variar. lect. specim. I (in Propert. et Gratium Faliscum) 4 Poson. 1827.

Lud. Tross, Observation. in scriptores nonnullos Latinos, Hammone 1828 p. 41—45.

Reinh. Stern, Coniectaneor. in poet. Lat. minores P. 1, de Gratii carmine venat. Gymn. Progr. von Heiligenstadt 4 Mühlhusae 1830, Heinrichshofen.

Rob. Unger, Electa critica, Friedlandiae et Novi Brandenburgi, Barnewitz, 1842.

P. Donà, Lettera sul Cinegetico di Grazio (Rivista di Filologia III [1875] p. 170—173).

Th. Birt, Ad historiam hexametri latini symbola, diss. Bonn. 1876, p. 14. 57, 58.

Fr. Buecheler, Grattius Faliscus, Rhein. Mus. 35 (1880), p. 390—407.

Robinson Ellis, Ad Grattii Cyneg. Philolog. 52 (1894), p. 486—488.

Fiegl, Des Grattius Faliscus Cynegetica, seine Vorgänger und seine Nachfolger, Görz, 1890.
Rec. W. Kl. Ph. VIII 20, p. 549. (O. Hergel.)
Zeitschr. österr. G. XLII, p. 851. (K. Wotke.)

H. Kraffert, Beiträge zur Krit. und Erklär. latein. Autoren p. 151, 1883.

Radermacher, Gratti cyneg. prohoem. Rhein-Mus. N. F. LII, p. 627—28.

Curcio, Grazio poeta didattico, Riv. di Fil. 1898, p. 55—69.
Rec. R. I. P. XLIII, p. 264—265. (Thomas.)
B. ph. W. 1900, p. 1129—1130. (Tolkiehn.)

Fr. Vollmer, Ad Gratti Cyneg. Symbol. herm. et cr. Musée Belge 2 (1898), p. 230—237.

Schenkl, Zur Kritik und Ueberlief. des Grattius u. ander. lat. Dicht. Teubner (= Fleck. Jahrb. Suppl. XXIV. 1898.)
Rec. L. C. 1898, p. 2014—2016. (C. Weyman.)
W. kl. P. 1899, 102—104. (Helm.)
B.ph. W. 1899, 14—16. (Vollmer.)
DL. 1899, p. 502—503. (Ziehen).
Cl. R. 1899. VIII, p. 410. (Lindsay.)
Zö Gy. 1900, VI, p. 495—496. (Sedlmayer.)

Cessi, Per la cronologia di Grazio, Boficl. 1899, p. 133—135.

M. Gatta, Il Cinegetico di Grazio Falisco, Potenza 1898.

G. Curcio, Il „Cynegeticon" di M. A. Olimpio Nemesiano, Riv. di Fil. XXVII, 1899, p. 447—462.
Rec. Boficl. VI, p. 212. (Valmaggi.)
B.ph. W. 1900, p. 1130. (Tolkiehn.)

S. Rossi, I Cinegetici di Nemesiano e Grazio Falisco, Messina 1900.

G. Pierleoni, Fu poeta Grattius? Riv. fil. 1906, p. 580—597.

B. A. Müller, Zu Grattius, Wiener Stud. 1908, p. 165—167.

L. Radermacher, Interpretationes Latinae Rhein. Mus. 1905, p. 246—249.

Edw. Müller, Zur Charakteristik des Manilius, Philol. 1903, p. 68.

Otto Braum, De monosyllabis ante caes. hex. Lat. coll. Marburg, Diss. 1906.

Christensen, Que — que, bei den Röm. Hexametrikern. Arch. f. lat. Lex. 1908, p. 165—210.

Agenor Astymowicz, Der Wechsel von *et* und *que*, Wiener Stud. 1909, p. 38—51.

Franciscus Seibel, Quibus artificiis p. L. numerorum voc. difficilia evitaverint, Münch. Diss. 1909.

J. Tolkiehn, Bericht über die Liter. zur spät. röm. Lehrdichtung von 1902—1910. Burs. J. CLIII (1911), p. 95—97.

F. Vollmer, Grattius in *Pauly-Wissowa*.

P. I. Enk, De Grattio et Nemesiano, Mnem. 1917 p. 53—68.

8. Versiones.

Chr. Wasius Grattium Anglice vertit in edit 1654.

Gratii Falisci Cynegeticon oder Jagdgesang. Latein. u. deutsch herausgeg. von F. C. Gust. Perlet, Leipzig 1826, Hahn.

Sabinus, Calpurnius, Gratius Faliscus etc. Traductions nouvelles par Cabaret-Dupaty (Collection Panckoucke Lat. franc.) Paris 1842, Panckoucke (réimpression 1879, Bibliothèque latine française, tome 70.)

Stace, Martial, Manilius, Lucilius iunior, Rutilius, Gratius Faliscus, Némésianus et Calpurnius oeuvres complètes avec la traduction en français publiées sous la direction de M. Nisard, Paris, 1843.

Il Cinegetico di Grazio Falisco volgarizzato da P. Donà, Col testo a fronte e con note storico—filol., Padova 1873.

Grazio Falisco, volgarizzamento di Giovanni Battista Gaudi, Oneglia, 1882.

G. Pierleoni, Atene e Roma 7 (1904), p. 233.

9. Aliquot opera ad Antiquorum artem venandi pertinentia.

R. Johannes, De studio Venandi apud Graecos et Romanos, Diss. Gött. 1907. (Utilis hic libellus multa opera ad artem venatoriam pertinentia nominat, p. 79—81.)

O. Keller, Die Antike Tierwelt, Leipzig 1909.

O. Manns, Über die Jagd bei den Griechen, Pogr. des Kgl. Wilhelmsgymn. in Kassel 1888—1890.

M. Miller, Das Jagdwesen der Griechen und Römer für Freunde des klass. Altertums, München, 1883.

SIGLA.

A. Codex Vindobonensis Lat. 277.
B. Parisinus 8071.
Sannaz. emendationes factae a Giacomo Sannazaro in apographis quae leguntur in codice Vindob. Lat. 277 fol. 74—83 et in codice Vindob. Lat. 3261 fol. 43—72.
Aldina: editio anno 1534 a Georgio de Logau curata.
Litterae pronae suppletae sunt.

GRATTI CYNEGETICON

LIB. I.

Dona cano divom, laetas venantibus artis,
auspicio, Diana, tuo; prius omnis in armis
spes fuit et nuda silvas virtute movebant
inconsulti homines vitaque erat error in omni.
post alia, propiore, via meliusque profecti
te sociam, Ratio, rebus sumpsere gerendis;
hinc omne auxilium vitae rectusque reluxit
ordo et contiguas didicere ex artibus artis
proserere, hinc demens cecidit violentia retro.
sed primum auspicium deus artibus altaque circa
firmamenta dedit; tum partis quisque secutus
exegere suas tetigitque industria finem.
tu trepidam bello, vitam, Diana, ferino

Titulus litteris uncialibus scriptus in A: item incipit Gratti cynegeticon lib. I.

Inter 1 *et* 2 *in* A *leguntur haec:* ĉauspiciodiant uomla&as uenantibus artis.

2 in armis A; inermis *Barth.*

4 que A; qui *Barth.*

8 continguas (n *deleta)* A.

9 caecidit A; cessit *Barth.*

10 circa A; circum *Barth coll. Aen. I. 175.*

11 secutus A; secuti *Heinsius.*

qua primam quaerebat opem, dignata repertis
protegere auxiliis orbemque hac solvere noxa.
adscivere tuo comites sub nomine divae
centum: omnes nemorum, umentes de fontibus omnes
Naides, et Latii *satyri* Faunus*que subibant*
Maenaliusque puer, domitrixque Idaea leonum
mater, et inculto Silvanus termite gaudens.
his ego praesidibus nostram defendere sortem
contra mille feras et non sine carmine iussus
carmine et arma dabo et venandi persequar artis. 23
magnum opus et tangi, nisi cura vincitur, inpar. 61
nonne vides veterum, quos prodit fabula rerum,
semideos — illi aggeribus temptare superbis
caeli iter et matres ausi *a*ttrectare deorum —
quam magna mercede meo sine munere silvas

---

14 qua A; quae *Scaliger;* quoi *Baehrens;*

16 adscivere A; adscitaeque *Heinsius;* accessere *Burman;* adcrevere *Postgate dubitanter.*
nomine A; momine (= *impulsu) Baehrens*; numine *Ambros. S. 81. sup.*

17 centum *scripsimus cum* B; centem A; gentem *Radermacher et H. Schenkl;* mentem *Haupt;* omnes A; omnem *Radermacher et H. Schenkl.* nemorum, umentes *Burman;* nemorum entes *(supra* r *nota syllabae* um) A; nemorum, gentes *H. Schenkl.*

18 Naides et Latii <Satyri> Faunus <que subibant> *Vollmer supplet;* Naides et Latii ... Faunus ... A; Naides et Latii <cultor qui> Faunus <amoeni> *editio Aldina.*

20 inculto (o *ex* u *corr.*) A.

22 iussus *Graevius;* lusus A; nisus *Vlitius;* sed non nisi carminis usu *Barth.*

23 et venandi A; venanti et *Vlitius.*
Post 23 (*sic etiam Vollmer*) *versus* 61—74 *locum mutare iussi cum Fr. Iacobo, qui eos tamen ipse post v.* 24 *transponere voluit.*

63 semideos *Sannaz;* simideos A.

64 <caeli> iter et *Enk;* Ir& fr&a A; aethera tum *Heinsius*; aethera et a *Haupt*; sidera et ad *Vollmer*; aethera matronasque ausi *Grotius.* ausi <a>ttrectare *Heinsius;* ausit trectare A; ausi tractare *Sannaz.*

impulerint? flet adhuc et porro flebit Adonin
victa Venus, ceciditque suis Ancaeus in arvis
(et praedexter erat, geminisque securibus ingens) 68
exige si qua meis respondet ab artibus ergo 73
gratia quae vires fallat conlata ferinas: 74
ipse deus cultorque feri Tirynthius orbis, 69
quem mare, quem tellus, quem praeceps ianua Ditis 70
omnia temptantem, qua laus erat obvia, passa 71
hinc decus et famae primum inpetravit honorem. 72
armorum casses, plagiique exordia, restes, 24
prima iubent tenui nascentem iungere filo 25
limbum et quadruplicis tormento adstringere limbos:
illa operum patiens, illa usus linea longi
tunc ipsum e medio cassem quo nascitur ore

---

66 flet *Sannaz.*; fl&a A;
Adonim *Sannaz;* hadonia A.
67 victa A; icta *Gronovius.*
arvis A; armis *Heinsius.*
68 & A; ut *Barth.*
73 respondet *Sannaz.*; respondit A
Post 74 *in* A *legitur titulus* de pinnatis conficiendis.
69 cultorque A; tutorque *Baehrens*; victorque *Postgate dubitanter*
feri Tirynthius *Sannaz.;* ferit hyrinthius A.
70 didtis (d *deleta*) A.
71 obvia *Sannaz.;* obula A.
passa *Iohnson;* passi A; passa est *Haupt*; passast *Baehrens.*
72 primum *Sannaz.;* primus A.
Post 72 *plures versus deesse putat Vollmerus, sed vide commentarium; ego* 73—74 *post* 68 *transposui.*
24 exordia restes *Vollmer*; exordiar estis A; exordiar astus *Aldina.*
Post 24 *legitur in* A *titulis* de retibus conficiendis.
25 iungere A; fingere *Turnebus.*
26 limbos (A) *impugnat Schneidewin ad Pseudoxen. Cyn. 2. 4*; *10. 2.*
27 operum A; onerum *Baehrens.*
28 e medio *Baehrens*; memedio A; in medio *vel* medio *Sannaz.*
quo A; qui B.
ore A; orbe *Baehrens.*

per senos circum usque sinus laqueabis, ut omni
concipiat tergo, si quisquam est plurimus, hostem.
at bis vicenos spatium praetendere passus
rete velim plenisque decem consurgere nodis;
ingrati maiora sinus impendia sument.
optuma Cinyphiae, ne quid cunctere, paludes
lina dabunt; bonus Aeolia de valle Sibyllae
fetus et aprico Tuscorum stuppea campo
messis contiguom sorbens de flumine rorem,
qua cultor Latii per opaca silentia Thybris
labitur inque sinus magno venit ore marinos.
at contra nostris inbellia lina Faliscis
Hispanique alio spectantur Saetabis usu.
vix operata suo sacra ad Bubastia lino
velatur sonipes aestivi turba Canopi:
ipse in materia damnosus candor inerti
ostendit longe fraudem atque exterruit hostis.
at pauper rigui custos Alabandius horti

---

29 laqueabis *Sannaz.;* laque asbis A.
omni A; omnem *Sannaz.*
31 at *Barth; rete cassi opponit poeta;* et A; ad bis vicenos *idem Barth.*
vicenos *Sannaz.;* viceno A; viceno ... passu *Heinsius.*
34 ti cinyphiae A.
conctere *corr. in* cunct. A.
35 Aeolia A; Aeoliae *Salmasius.*
Sibyllae; sibullae A.
39 *versum, quem omiserat, in margine supplevit A*
41 alio *Sannaz.;* alios A
Hispanique A. Hispanaeque *Vossius.*
Saetabis *Vossius; cf. H. Schenkl, Zu Grattius p. 423.* sa&tabes A
43 estivi A; festivi *Salmasius*
44 ipse A; ipsa *Scaliger.*
candor (do *ex* de *corr.*) A.
45 exterruit A; exterritat *Sannaz.*
46 adlabandius A.

cannabi*nas* nutrit silvas, quam commoda nostro
armamenta operi. gravis *est* tutela, sed illis
tu licet Haemonios includas retibus ursos.
tantum ne subeat vitiorum pessimus umor
ante cave: non est umentibus usus in armis,
nulla fides. ergo seu pressa flumina valle
inter opus c*l*ausaeque malum fecere paludes,
sive inprovisus caelo perfuderit imber,
illa vel ad flatus Helices oppande serenae
vel caligineo laxanda reponite fumo.
idcirco et primas linorum tangere messes
ante vetant quam maturis accenderit annum
ignibus et claro Plias se promserit ortu.
imbiberit: tanto respondet longior usu*s*.
  sunt quibus inmundo decerptae volture plumae
instrumentum operis fuit et non parva facultas.
tantum inter nivei iungantur vellera cygni,
et satis armorum est. haec clara luce coruscant

---

47 cannabinas *Vollmer;* cannabias A.
48 gravis <est> tutela *Aldina;* gravis tutella A; gravius tutela *Schenkl* (*Zu Grattius, p. 422*).
50 umor; or *prius ligatas delevit et* or *superscripsit* A
52 flumina a *ex* e *corr.* A.
53 clausaeque *Barth;* causaeque A; crassaeque *Sannaz.*
56 reponite A, *defendit Hauptius, in edit. p. XXX;* reponito *Aldina.*
58 annum A; *H. Schenkl p. 419 notam male interpretatur* annus.
59 prompserit *Sannaz.;* promiserit A.
60 imbiberit A; imbiberint *Burman;* ni biberit *Curcio* (sc. *ni messis umorem biberit*); *Postgate aut versum excidisse aut versum 60 post* 56 *traiciendum esse putat.*
usus *Sannaz.;* usu A.
75 decerptae volture plumae A; decerpta e volture pluma: *H. Schenkl.*
78 et satis A; id satis *Heinsius*
luce coruscant *Sannaz.;* luc& oruscant A.

terribiles species, at volture dirus ab atro
turbat odor silvas meliusque alterna valet res.
sed quam clara tuis et pinguis pluma sub armis,
tam mollis tactu et non sit creberruma nexu,
ne reprensa suis properantem linea pennis
inplicet atque ipso mendosa coarguat usu.
hic magis in cervos valuit metus; ast ubi lentae
interdum Libyco fucantur sandyce pennae
linteaque expositis lucent anconibus arma,
rarum si qua metus eludet belua falsos.
nam fuit et laqueis aliquis curracibus usus:
cervino iussere magis contexere nervo;
fraus teget insidias habitu mentita ferino.
quid qui dentatas iligno robore clausit
venator pedicas, quam dissimulantibus armis
saepe habet inprudens alieni lucra laboris!
o felix, tantis quem primum industria rebus
prodidit auctorem! deus ille an proxuma divos
mens fuit, in caecas aciem quae magna tenebras
egit et ignarum perfudit lumine volgus?

---

79 at *Burman;* ad A.
ab atro A; amaro *Ellis* („*quo vocabulo describitur acer ille odo*ı *qui ex volturum corpore efflatur*")
80 melius *Sannaz.;* mellus A.
83 pennis; pinnis A.
84 mendosa coarguat A; mendosam se arguat *Scaliger*
85 hic *Aldina;* hinc A.
86 lybyco (*prior* y *ex* i *facta*) A fucantur *Sannaz.;* fugantur A
sandice *Aldina;* sanoy cae A pennae; pinnae A.
87 expositis B; expsitis A.
88 rarum *Sannaz.;* parum A.
si qua A; sima *Schenkl* (*Zu Grattius, p. 422*). saeva *Baehrens*
Post **88** in A *legitur:* Pedicae.
93 armis (m *corr. ex* in) A.
94 inpradens A

dic age Pierio (fas est) Diana, ministro.
Arcadium stat fama senem, quem Maenalus auctor
et Lacedaemoniae primum vidistis Amyclae
per non adsuetas metantem retia valles
Dercylon. *h*aut illo quisquam se iustior egit,
*h*au fuit in terris divom observa*n*tior alter:
ergo illum primis nemorum dea finxit in arvis
auctoremque operi digna*ta* inscribere magno
iussit adire suas et pandere gentibus artes.
ille etiam valido primus venabula dente
induit et proni moderatus volneris iram
omne moris excepit onus; tum stricta verutis
dentibus et gemina subiere hastilia furca
et quidam totis clauserunt ensibus *hastas*,
ne cessaret iners in volnere massa ferino.

---

100 stat A; scit *Turnebus;* dat *Gronovius*; sacra fama *Birt*; *Postgatius* (stat fama) *interpungit.*
auctor A; altor *Turnebus*
101 lacedaemoniae (ace *corr. ex* ce) A.
102 metantem A; metatum *Baehrens.*
103 haud *Sannaz.;* aut A
104 hau fuit *Baehrens;* au fuit A; haut fuit *Vollmer;* aut fuit (t *deleta*) B; aut fuit *Postgate.*
observantior *Sannaz.;* observatior A.
105 primis (*ex* primus *corr.*) A, *tuetur Vollmer;* priscis *Schenkl* (*Zu Grattius p. 428*); pronis *Curcio*
arvis A; armis *Barth*; annis *Logus.*
106 dignata *Sannaz.;* digna A.
Post 107 *titulus in* A: genera iaculorum (i *ex* m *corr.*) A.
uenabula (a *prior ex* ei *corr.*) A.
111 gemina *Sannaz.;* geminas A, *H. Schenkl, Zu Grattius, p. 432.*
furca A, furcas *H. Schenkl.*
112 totis A; tortis *H. Schenkl, Zu Grattius, p. 432.*
clauserunt *Sannaz.;* clauserant A.
Post ensibus *vocabulum deest in* A; hastas *suppl. H. Schenkl,* ornos *Vollmer*, orbes *male addit Aldina.*
113 iners *Sannaz.;* ineris A.

blandimenta vagae fugies novitatis: ibidem
exiguo nimiove nocent. sed lubricus errat
mos et ab expertis festinant usibus omnes.
quid, Macetum inmensos libeat si dicere contos?
quam longa exigui spicant hastilia dentes!
aut contra ut tenero destrictas cortice virgas
praegravat ingenti pernix Lucania cultro!
omnia tela modi melius finxere salubres,
quocirca et iaculis habilem perpendimus usum:
neu leve volnus eat neu sit brevis impetus illi.
ipsa arcu Lyciaque suos Diana pharetra
armavit comites: ne tela relinquite divae:
magnum opus et volucres quondam fecere sagi*tt*ae.
  disce agedum et validis dilectum hastilibus omn*em*.
plurim*a* Threiciis nutritur vallibus Hebri
cornus et umbrosae Veneris per litora myrtus
. . . .
taxique pinusque Altinatesque genestae
et magis incomptos opera iuturus ag*re*stis

---

117 immensos *Sannaz.;* inmensus A
dicere A; ducere *Baehrens.*
120 praegravat *Aldin.;* praegrav&
122 perpendimus A*;* praebebimus *Gronovius.*
123 neu leve A; ne leve *Sannaz.*
124 suos A; suas *Aldina.*
Post 126 *legitur in* A: ligna apta iaculis.
127 omn (*reliqua latent*) A; omne B; omnem *Sannaz.*
128 plurima *Sannaz.;* plurim A.
Threiciis nutritur *Radermacher;* threicii inutritur A, Threicii nutritur *Sannaz.*
Post 129 *cum Vollmero lacunam statuo.*
131 in comptos A; in contos *Iohnson*
opera A; superat *Stern.*
iuturus *Sudhaus;* lutores A; lotaster *Iohnson*
agrestis *Sannaz.;* agstis (-st- *ex* rt *corr.*) A.

termes. ab Eois descendit virga Sabaeis
mater odorati multum pulche*r*ruma turis:
illa suos usus intractatumque decorem
(sic nemorum iussere deae) natalibus hausit
arbitriis; at enim multo sunt ficta labore
cetera quae silvis errant hastilia nostris:
nunquam sponte sua procerus ad aethera termes
exiit inque ipsa curvantur stirpe genestae.
ergo age luxuriam primo fetusque nocentis
detrahe: frondosas gravat indulgentia silvas.
post ubi proceris generosa stirpibus arbor
se dederit teretisque ferent ad sidera virgae,
stringe notas circum et gemmantis exige versus.
his, si quis vitium nociturus sufficit, umor
ulceribus fluet et venas durabit inertis.
in quinos sublata pedes hastilia plena
caede manu, dum pomiferis advertitur annus

---

132 descendit *Iohnson*; descend& A, *quod defendit H. Schenkl, zu Grattius p. 423.*
137 errant A; haerent *vel* exstant *Heinsius.*
138 ad aethera *Barth;* ad aera A *etiam* in aera *Barthius prop.*
139 genestae; genistę A.
142 generosa A; generosam *Wernsdorf.*
143 ferent A; ferens *coniecit Vollmer.*
144 notas A; nothas (*sc. virgas*) *vir doctus apud Iohnsonium;* comas *Burman.*
versus *ultima* s *in* A *non clare apparet*
145 quis vitium A; quid vitii *Heinsius.*
148 advertitur A; avertitur *Vollmer*
annus; ann' A (*sic Vollmero auctore*)*;* ann. ſ A (*auctore Schenkelio „sicher ist* ann, *der folgende Buchstabe ganz verloschen, aber kaum* e, *zuletzt eine längere vertikale Hasta wohl* ſ.) annes B
amnis *Iacob*, amus (= hamus) *H. Schenkl, zu Grattius p. 419.*

frondibus et tepidos autumnus continet imbres.
sed cur exiguis tantos in partibus orbes
lustramus? prima illa canum, non ulla per artis
cura prior, sive indomitos vehementior hostis
nudo marte premas seu bellum ex arte ministres.
mille canum patriae ductique ab origine mores
quoique sua. magna indocilis dat proelia Medus
magnaque diversos extollit gloria Celtas.
arma negant contra martemque odere Geloni,
sed natura sagax: Perses in utroque paratus.
sunt qui Seras alant, genus intractabilis irae;
at contra faciles magnique Lycaones armis.
sed non *H*yrcano satis est vehementia gentis
tanta suae: petiere ultro fera semina silvis;
dat venus accessus et blando foedere iungit.
tunc et mansuetis tuto ferus er*r*at adulter
in stabulis ultroque gravem succedere tigrin
ausa canis maiore tulit de sanguine fetum.
sed praeceps virtus: ipsa venabitur aula
ille tibi et pecudum multo cum sanguine crescet.

---

149 frondibus *Aldina;* frontibus A.
Post **149** *in* A *legitur* de canibus.

151 ulla per artes *Sannaz;* nulla partis A; ulla partis B; ulla peritis *Vlitius;* ullius artis *Schenkl, zu Grattius p. 439;* nam nulla paratus *Baehrens.*

155 quoique; quos que A; cuique *Aldina.*
sua A; sui *Fr. Iacob.*

158 in utroque A; in utrumque *Heinsius.*

161 Hyrcano: ircano A; Hyrcanae *Aldina, quod malit Vollmer.*

164 mansuetis *Aldina;* mensuetis A. errat *Aldina;* erat A.

165 succedere *Aldina;* succerdere A; *adnotat vir doctus Sedlmayer (Zeitschr. Oesterr. Gymn. [1900] 51, p. 496): „zwischen e und d steht kein r, sondern der Schreiber, der irrthümlich succer geschrieben hatte, machte aus dem r gleich den ersten runden Strick des d";* succendere *H. Schenkl* (*zu Grattius* p. 440).

pasce tamen: quaecunque domi sibi crimina fecit,
excutiet silva magnus pugnator adepta.
at fugit advĕrsos idem quos re*p*perit hostis
Vmber: quanta fides, utinam, et sol*l*ertia naris,
tanta foret virtus et tantum vellet in armis!
quid, freta si Morinum dubio refluentia pont*o*
veneris atque ipsos libeat penetrare Britanno*s*?
o quanta est merces et quantum inpendia supra,
si non ad speciem mentiturosque decores
(parvis haec una est catulis iactura Britannis),
at magnum cum venit opus promendaque virtus
et vocat extremo praeceps discrimine mavors:
non tunc egregios tantum admirere Mol*ossos*,
conparat his versuta suas Athamania. . . . .
Azorusque Pheraeque et clandestinus Acar*nan*:
sicut Acarnanes subierunt proelia furto,
sic canis illa suos taciturna supervenit hostis.

---

171 at *Sannaz.;* ad A.
repperit; reperit A.
172 *utrum* A naris *an* nares *habeat, difficile dictu.*
173 armis (s *dimidiata*) A.
174 175 *ultima littera utriusque versus deest.*
175 atque A; adque *Baehrens.*
178 parvis *Enk;* pronuis A; pronis *Vollmer;* pronus es *Schenkl;* protinus *Sannaz.*
179 at *Barth;* ad A.
180 mavors; *in* A *finis evanuit.*
181 egregios *Sannaz.;* egregior (*ex* egredior *correctum*) A.
Molossos *Sannaz.; in* A mol ///
182 conparat; conparat *mutatum in* comparat A.
Finis versus deest in A; fraudes *supplet Aldina;* gentes *Vollmer.*
183 Azorusque *Wernsdorf;* Acirusque A; Acytus *Barth;* Argivus *Heinsius;* Narycius *Unger.*
ferę A; clandestinus *ex* llandestinus *correctum* A.
Acar⟨nan⟩ *suppl. Sannaz.*
184 sic ut *Pithou;* sic & A. subierunt *Sannaz.;* subierant A.

at clangore citat quos nondum conspicit apros
Aetola quaecunque canis de stirpe: malignum
officium, sive illa metus convicia rupit
seu frustra nimius properat favor. et tamen ill*ud*
ne vanum totas genus aspernere per artis:
mirum quam celeres et quantum nare merentur,
tum non est victi quoi concessere labori.
idcirco variis miscebo gentibus usum:
quondam inconsultis mater dabit Vmbrica Gallis
sensum agilem, traxere animos de patre Gelonae
Hyrcano et vanae tantum Calydonia linguae
exibit vitium patre emendata Molosso.
scilicet ex omni florem virtute capessunt
et sequitur natura favens. at te leve si qua
ta*n*git opus pavidosque iuvat conpellere dorcas
aut versuta sequi leporis vestigia parvi,
Petroniost haec fama cani, volucresque Sycambros
et pictam macula Vertraham delige †falsa:
ocior adfectu mentis pennaque cucurrit,
sed premit inventas, non inventur*a* latentis
illa feras, quae Petroniis bene gloria constat.

---

188 convitia A.
189 illud *Sannaz.;* -ud *non iam exstant in* A.
195 animos (s *corr. ex alia littera*) A.
Gelonae *Sannaz.;* Gelonde A.
196 tantum A; incautum *Heinsius;* natum *Stern.* calidonia A.
198 scilicet *Aldina;* silic& A.
capessunt *Sannaz.;* capescunt A.
200 tangit *Aldina;* tagit A.
202 cani *Haupt;* cana A.
203 & *non clare apparet in* A.
204 pennaque; pinnaque A.
falsa A (*corr.*); flava *vel* fulva *Iohnson.*
205 inventura *Aldina;* inventur A.

quod si maturo pressantes gaudia lusu
dissimulare feras tacitique accedere possent,
illis omne decus, quod nunc, metagontes, habetis,
constaret: silva sed virtus inrita damnos†.
at vestrum non vile genus, non patria, volgo
Sparte quos et Creta suos promittit alumnos:
sed primum celsa lorum cervice ferentem,
Glympice, te silvis egit Boeotius Hagnon,
Hagnon Astylides, Hagnon, quem plurima semper
gratia per nostros unum testabitur usus.
hic trepidas artis et vix novitate sedentes
vidit qua propior peteret via nec sibi turbam
contraxit comitem nec vasa tenentia longe:
unus praesidium atque operi spes magna petito
adsumptus metagon lustrat per nota ferarum
pascua, per fontes, per quas trivere latebras.
primae lucis opus: tum signa vapore ferino
intemerata legens si quas† qua fallitur eius
turba loci, maiore secat spatia extera gyro;
atque hic egressu iam tum sine fraude reperto

---

207 gaudia *Sannaz.;* grudia A.
209 habetis *Sannaz.;* haberis A.
210 constaret: silva *interpunxit Baehrens.*
211 at *Iohnson;* ad A.
vestrum *Sannaz;* vestram A.
212 Sparte quos *Schenkl (zu Grattius, p. 441);* Sparta suos A; Sparte vos *Baehrens.*
215 Astylides *Scaliger;* hastilides A.
218 qua A; quae *coniecit Vollmer.*
via *Sannaz.;* viā A.
p&er& (A) via; patuit via *Aldina* ferret via *Baehrens; confer etiam Henricum Schenkl, zu Grattius p. 435.*
220 atque *Aldina;* adque A.
223 ferino *ex* perino *correctum* A.
225 maiore *Sannaz.;* maiora A.
226 hic A; his *Baehrens (sc. spatiis)*

incubuit, spatiis qualis permissa Lechaeis
Thessalium quadriga decus, quam gloria patrum
excitat et primae spes ambitiosa coronae.
sed ne qua ex nimio redeat iactura favore,
lex dicta officiis: neu voce lacesseret hostem
neve levem praedam aut propioris pignora lucri
amplexus primos nequiquam effunderet actus;
iam vero inpensum melior fortuna laborem
cum sequitur iuxtaque domus quaesita ferarum,
et sciat occultos et signis arguat hostes:
(aut effecta levi testatur gaudia cauda
aut ipsa infodiens uncis vestigia plantis
mandit humum celsisve adprensat naribus auras);
et tamen, ut ne prima faventem pignora fallant,
circum omnem aspretis medius qua clauditur orbis
ferre pedem accessusque abitusque notare ferarum
admonet et, si forte loco spes prima fefellit,
rusum opus incubuit spatiis; at, prospera si res,
intacto repetet prima ad vestigia gyro.
ergo ubi plena suo rediit victoria fine,
in partem praedae veniat comes et sua norit

---

228 quadrica A; patrum *Sannaz.;* patri A.
231 neu A; ne *Gesner.*
233 effunderet *Iohnson;* offenderet A, *defendit Vollmer.*
236 & sciat A; ut sciat *Sannaz*; ocultos A; occultis *Baehrens.*
237 testatur *Aldina;* testatus A.
241 qua A; qui *Baehrens.*
orbis *Sannaz.;* orbi A; orbem *Baehrens.*
admonet, et A; admonitus *Stern.*
loco A; loci *Aldina.*
244 rusum opus A; rarum opus *Aldina.*
at *Sannaz.;* ad A.
245 repetet A; repetit *Baehrens.*
247 norit *Sannaz.;* noris A.

praemia: sic operi iuvet inservisse benigne.
hoc ingens merituml*st*, haec ultima palma tropae*i*,
Hagnon magne, tibi divom concessa favore:
ergo semper eris, dum carmina dumque manebunt
silvarum dotes atque arma Dian*i*a terris.
hic et semiferam thoum de sanguine prolem
finxit. non alio maior sub pectore virtus,
sive in *l*ora voces seu nudi ad pignera martis.
thoes commissos (clarissima fama) leones
et subiere astu et parvis domuere lacertis;
nam genus exiguom et pudeat, quam informe, fateri,
volpina species: tamen huic exacta voluntas.
at non est alius quem tanta ad munia fetus
exercere velis, aut te tua culpa refellet
inter opus, quo*m* sera cadit prudentia damno.
iunge pares ergo et maiorum pignore signa
feturam prodantque tibi metagonta parentes,

---

248 iuvet; iuu&t A; benigne A; benigno *Aldina.*
249 hoc *Sannaz.;* hos A.
meritum est *Aldina*; meritum A.
tropaei *Sannaz.;* tropae A.
250 hagnon *Aldina;* hacnon A.
252 Diania *Sannaz.;* diana A.
254 sub *Iohnson;* sua A.
255 in lora *Ellis; cf. H. Schenkl, zu Grattius, p. 424.* in ora A; mora *Haupt.*
voces A; vocis *Haupt.*
257 domuere *Aldina;* dum uere A.
Inter 258 *et* 259 *titulus in* A: canum fętus.
259 species A; specie *Vlitius.*
huic *Barth;* huc A.
260 at A; ac *Haupt.*
alius *Sannaz.;* alio A.
refellet; revell& A; refellat *editio Steyneri* (1534)
262, 264, 265, 263: *hoc ordine hi versus in* A *leguntur, deinde transposuit* A *additis A C D B litteris.*
262 quom *Gronovius;* quo A.

qui genuere sua pecus hoc inmane iuventa.
et primum expertos animi, quae gratia primast,
in venerem iungam. tum sortis cura secunda,
ne renuat species aut quem detractet honorem.
sint celsi voltus, sint hirtae frontibus aures,
os magnum, et patulis agitatos naribus ignes
spirent, adstricti succingant ilia ventres,
cauda brevis longumque latus discretaque collo
caesaries neu pexa nimus neu frigoris illa
impatiens; validis tum surgat pectus ab armis,
quod magnos capiat motus magnisque supersit.
effuge qui lata pandit vestigia planta:
mollis in .officio. siccis ego dura lacertis
crura velim et solidos haec in certamina calces.
sed frustra longus properat labor, abdita si non
altas in latebras unique inclusa marito
femina: nec patres veneris sub tempore magnos

---

265 genuere *Gesner*; tenuere A.
266 quae *ex* quas *vel* quar *corr.* A.
267 iungam A; iungunt *Sannaz.*; iungas *Baehrens, at cf. v. 193 (Postgate).*
sortes *in* sortis *corr.* A.
secunda *Heinsius*; secundae A.
268 aut quem *Baehrens*; atque A; aut quae *Aldina*; aut qua *Barth*; aut ne *Heinsius.*
269 celsi *Sannaz.*; incaelsi A.
270 os *Aldina*; hos A.
271 spirent *Aldina*; sperent A.
adstricti *Sannaz.*; adstrictis A.
illia A; ventris (ventres) *Sannaz.*; ventri A.
275 magnos *Aldina*; magnus A.
276 pandit (a *ex* e *corr. videtur Vollmero*) A.
277 dura *Sannaz.*; crura A.
280 in latebras *Sannaz.*; inlecebras A.
marito A; marito <est> *Lachmann.*
281 patres *Sannaz.*; patre A.

illa neque emeritae servat fastigia laudis.
primi complexus, dulcissuma prima voluptas
(hunc veneri dedit inpatiens natura furorem),
si tenuit custos et mater adultera non est.
da requiem gravidae solitosque remitte labores:
vix oneri super illa suo. tum deinde monebo,
ne matrem indocilis natorum turba fatiget,
percensere notis iamque inde excernere pravos.
signa dabunt ipsi. teneris vix artibus haeret
ille tuos olim non defecturus honores,
iamque illum inpatiens aequae vehementia sortis
extulit: adfectat materna regna sub alvo,
ubera tota tenet, a tergo liber aperto,
dum tepida indulget terris clementia mundi;
verum ubi Caurino perstrinxit frigore vesper,
irreptat turbaque potens operitur inerti.
illius *et* manibus vires sit cura futuras
perpensare: levis deducet pondere fratres:
nec me pignoribus, nec te mea carmina fallent.

---

282 fastigia A; fastidia *Lachmann.*
285 custos A; castus(= *coitum castum*) *Ellis*, fastus *Lachmann.*
287 oneri super A; oneri par *Heinsius.*
289 percensere *Sannaz.;* parcensere A.
pravos *Burman;* parvos A.
290 ipsi *Barth;* ipse A.
artibus A; artubus *Sannaz.*
291 tuos *Sannaz.;* tuis A.
294 ubera *Pithou;* libera A.
tenet, a tergo *Itali;* ten& eatergo A; tenetque a tergo *Baehrens;* tenet iam a tergo *Vollmer dubitanter;* tenens a tergo *Burman.*
296 chaurino A.
297 irreptat *Radermacher;* ire plac& A; ira iacet *Vlitius*
298 et *Heinsius;* e A.
299 levis (= *leves*) A; leves *Vollmer.*
300 nec me A; haec de *Burman.*

protinus et cultus alios et debita fetae
blandimenta feres curaque sequere merentem:
illa perinde suos, ut erit, de lacte minores
ad longam praestabit opem. tum denique, fetae
cum desunt operi, fregitque industria matres,
transeat in catulos omnis tutela relictos.
lacte novam pubem facilique tuebere maza,
nec luxus alios avidaeque impendia vitae
noscant: haec magno redit indulgentia damno.
nec mirum: humanos non est magis altera sensus,
tollit ni ratio et vitiis adeuntibus opstat.
haec illast Pharios quae fregit noxia reges,
dum servata cavis potant Mareotica gemmis
nardiferumque metunt Gangen vitiisque ministrant.
sic et Achaemenio cecidisti, Lydia, Cyro:
atqui dives eras *ac* fluminis aurea venis.

---

302 curaque *Sannaz.;* curasque A; curisque *Baehrens.*

303 ut erit de lacte *Sannaz.;* ut erit delacta A; ut erit delecta *Heinsius cf. H. Schenkl, zu Grattius, p. 434.*

304 fetae *Pithou;* fetu A; fetus *Ellis.*

305 operi A; operis *Vlitius.*

306 tutella A.

307 lacte *Aldina;* lactem A.

310 est A; res *Lachmann, qui hunc et sequentem versum ita corrigere vult:* humanos non res magis altera sensus / tollit; sed ratio *eqs.*
sensus A; census *Heinsius.*
Inter 310 et 311 *lacunam esse putat Baehrensius.*

311 tollit A; tollat *H. Schenkl* (*zu Grattius, p. 442*); ni *Graevius* (*Sylloge Epist. Tom. IV. p. 244*); se A; quae *H. Schenkl* (*zu Grattius, p. 442*).
opstat A; obdat *H. Schenkl (zu Grattius, p. 442*).
adeuntibus A; subeuntibus *Burman.*

315 Lydia, Cyro; lydiaccyro A.

316 atqui (i *ex* e *corr.*) A; at quam *Barth.*
eras <ac> fluminis *Baehrens;* eras fluminis A; eras <et> fluminis *Sannaz.;* eras <Pactolique> *Postgate, qui* fluminis *glossema esse putat.*

scilicet ad summam ne quid restaret habendi,
tu quoque luxuriae fictas dum colligis artes
et sequeris demens alienam, Graecia, culpam,
o quantum et quotiens decoris frustrata paterni!
at qualis nostris, quam simplex mensa Camillis!
qui tibi cultus erat post tot, Serrane, triumphos!
ergo illi ex habitu virtutisque indole priscae
inposuere orbi Romam caput, actaque ab illis
ad caelum virtus summosque tetendit honores.
scilicet exiguis magna sub imagine rebus
prospicies, quae sit ratio, et quo fine regendae.
idcirco imperium catulis unusque magister
additur: ille dapes poenamque operamque *moramque*
temperet, hunc spectet silvas domitura iuventus.
nec vile arbitrium est: quoicumque haec regna dicantur,
ille tibi egregia iuvenis de pube legendus,
utrumque et prudens et sumptis impiger armis.
quod nisi et accessus et agendi tempora belli
noverit et socios tutabitur hoste minores,
aut cedent aut illa tamen victoria damnost.
ergo in opus vigila factusque ades omnibus armis:

---

317 habendi A; habendum *Sannaz.*
Versum **317** *Postgatius post* **319** *transposuit.*
Ad v. 317 *in* A *manus altera adscripsit* ⊥Od *et* ωOↄ, *vid. Schenkl p.* 399.
318 artes *Sannaz.;* artē *aut* arte A.
322 post tot, Serrane; postot serane A.
323 illi *Aldina;* ille A; illo *Sannaz.*
327 prospicies *Aldina;* prospecies A.
regendae A; regenda *Aldina.*
329 *Post* operamque *lacuna* in A, *quam non indicat;* ministrans *supplet Aldina;* peraeque *Baehrens;* moramque *Schenkl;* vicissim *Postgate.*
333 prudens (u *ex* o *corr.*) A.
335 sotios A (t *corr. in* c.).
337 vigila factusque ades A; vigil affectusque *coniecit Vollmer.*

(arma acuere virum); tegat imas fascia suras
. . . . is inulina, suis et tergore fulvo
i . . . . . . canaque e maele galeri,
ima Toletano praecingant ilia cultro
terribilemque manu vibrata falarica dextra
det sonitum et curvae rumpant non pervia falces.
haec tua militia est. quin et Mavortia bello
volnera et errantis per tot divertia morbos
causasque adfectusque canum tua *cura* tuerist.
stat Fatum supra totumque avidissimus Orcus
pascitur et nigris orbem circumsonat alis.
scilicet ad magnum maior ducenda laborem
cura, nec expertos fallet deus: huic quoque nostrae
est aliud, quod praestet opus, placabile numen.
nec longe auxilium, licet alti volneris ora*e*

---

338 arma acuere virum *Iohnson;* arma hacuere vitã A; arma acuere viam *Aldina;* arma acuent vires *Burman;* arma regunt vitam *Baehrens;* arma hac quaere via *Curcio; Vollmerus antiquam glossam marginalem fuisse putat desideratque sententiam qualis* ensis (*vel* veru) tueatur vitam, *cf. Polluc. 5, 19, p. 266. 14.* A *in margine habet* de habitu venatoris.
fascia *Aldina;* facia A.
Versuum **339** *et* **340** *initia perierunt in* A *excepta prima littera versus* **340**, *neque tamen certum, utrum* j *sit an* p.

399 *Ante* inulina *fortasse* us *vel* is *scripta sunt.*
inulina A; vitulina *Vlitius;* <cum vill>is maelina suis *Scaliger.*

341 praecingant A; praecingamque *coniecit Vollmer collato versu 267.* illia A. Toletani... cultri *Haupt.*

343 non *Titius;* nova A.
Ad **344** A *in margine habet titulum* canum remedia.

345 divertia A, *qua forma poeta auctore Postgatio usus est, cacophoniam vitandi causa; cf. laudat. Turiae 1, 27. 2, 51 et codices Cic. epist. II 10, 2 Att. V. 20, 3* (*Vollmer*)*;* divortia *vulgo.*

346 tua <cura> tuerist *Aldina;* tua tuerist A (*nullo spatio relicto*).

347 avidissimus *Sannazar.;* avidissimum A.

350 huic *Baehrens;* hinc A. opus A; opis *Sannaz.;* opem *Vlitius.*

352 orae *Barth;* ora A.

abstiterint atroque cadant cum sanguine fibrae:
inde rape ex ipso qui volnus fecerit hoste
virosam eluviem lacerique per ulceris ora
sparge manu, venas dum sucus conprimat acer:
mortis enim patuere viae. tum pur*a* monebo
circum labra sequi tenuique includere filo.
(at si pernicies angusto pascitur ore,
contra pande viam fallentisque argue causas
morborum: in vitio facilis med*icina reperto*)
sed tacta inpositis mulcent p . . . .
(id satis) aut nigrae circum picis unguine signant;
quodsi destricto levis est in volnere noxa,
ipse habet auxilium validae natale salivae.
illa gravis labes et curis altior illis,
cum vitium causae totis egere latentes
corporibus seraque aperitur noxia summa.
inde emissa lues et per contagia morbi

---

353 atroque *Sannaz.*; utroque A.
cadant *Aldina;* candant A.
355 ulceris *Aldina;* uiceris A.
356 sucus conprimat acer; sucus acer conprimat A, *sed manus altera verborum ordinem correxit.*
357 pura monebo *Sannaz.;* purmo bebo A.
358 labra *Aldina;* labras A.
359 at *Sannaz.;* ad A.
360 pande *Aldina;* prande A.
argue causas *Sannaz.;* argu& causas A.
361 362 *horum versuum finis abscissa; de supplementis agitur in commentario.*
362 sed A; seu *Heinsius.*
tacta A; tactu *Sannaz.*
364 vulnere *Sannaz.;* uulnera A.
366 labes (i *supra* e *scripsit manus altera*) A.
curis *Vlitius;*curas A; cura est *Pithou; cf. H. Schenkl, p. 416.*
illis A; ullis *Baehrens.*
369 morbi *Sannaz.;* morbis A; *etiam* morbus *coniecit Sannaz.;* mortes *Stern.*

venere in volgum fusaque exercitus ingens
aequali sub labe ruit, nec viribus ullis
aut merito veniast aut spes exire precanti.
quod sive a Stygia letum Proserpina nocte
extulit et Furiis commissam ulciscitur iram,
seu vitium ex alto spiratque vaporibus aether
pestiferis, seu terra suos populatur honores:
fontem averte mali. trans altas ducere calles
admoneo latumque fuga superabitis amnem.
hoc primum effugium leti: tunc ficta valebunt
auxilia et nostra quidam redit usus ab arte.
sed varii motus nec in omnibus una potestas:
disce vices et quae tutelast proxima tempta.
pluruma per catulos rabies invictaque tardis
praecipi*t*at letale malum: sit tutius ergo
antire auxiliis et primas vincere causas.
namque subit, nodis qua lingua tenacibus haeret,
(vermiculum dixere) mala atque incondita pestis.
ille ubi salsa siti praecepit viscera longe,
aestivos vibrans accensis febribus ignes,

---

370 fusaque *Vollmer;* Iusaque A; iuxtaque *Sannaz.*
374 furiis *Iohnson;* furtis A.
376 seu terra suos *Sannaz.;* si litaeras uos A.
378 superabitis *Aldina;* super habitis A.
379 leti *Sannaz. cf. H. Schenkl, zu Grattius p. 423;* lati A; fati *Baehrens.*
380 auxilia A; a *littera in fine iterum scripta, cum prior perisset.*
382 vices A; vias *Schrader.*
384 praecipitat *Pithou;* pręcipiat A.
sit tutius *Sannaz.;* sicutius A; *etiam* securius *coniecit idem;* sic tutius *Aldina.*
387 adq: (d *scriba, dum scribit, ex* t *correxit*) A.
388 pręcepit A; percepit *Gronovius.*
longe *Baehrens;* longae A; longa *Sannaz.*
389 vibrans *Scaliger;* uibrant A.
accensis *Pithou;* accensi A.

moliturque fugas et sedem spernit amaram.
scilicet hoc motu stimulis*que* potentibus acti
in furias vertere canes. ergo insita ferro
iam teneris elementa mali causasque recidunt.
nec longa in facto medicinast ulcere: purum
sparge salem et tenui permulce volnus olivo:
ante relata suas quam nox bene conpleat umbras,
ecce aderit factique oblitus volneris ultro
blanditur mensis cereremque efflagitat ore.
quid, priscas artes inventaque simplicis aevi,
si referam? non illa metus solacia falsi
tam longam traxere fidem. collaribus ergo
sunt qui lucifugae cristas inducere maelis
iussere aut sacris conserta monilia conchis
et vivom lapidem et circa Melite*n*sia nectunt
curalia et magicis adiutas cantibus herbas.
ac sic offectus oculique venena maligni
vicit tutela pax impetrata deorum.
at si deformis lacerum dulcedine corpus
persequitur scabies, longi via pessima leti:
in primo accessu tristis medicina, sed una

---

390 fugas *Sannaz.;* fugaus A.
amarã A; amatam *Vlitius.*
391 motu stimulisque *Aldina;* motus trimolis (r *fere tota exesa*) A.
392 furias *Aldina;* farias A.
vertere *Sannaz.;* u&ere A.
396 quam *Aldina;* quas A.
399 arteis *Aldina;* arces A.
400 illa A; ulla *Baehrens.*
falsi A; falso *Postgate.*
406 oculique *Sannaz.;* oculisque A.
408 at; ad A; deformis *Ios. Wasse (ad Sall. Catil. 4);* deformi A.
dulcedine *Sannaz.;* dulcidine A; salsedine *Iohnson;* porrigine *Graevius (in Epist. ad Heins. Syll. IV, p. 295).*

pernicies redimenda anima, quae prima sequaci
sparsa malost, ne dira trahant contagia volgus.
quodsi dat spatium clemens et promonet ortu
morbus, disce vias et qua sinit artibus exi.
tunc et odorato medicata bitumina vino
*H*ipp*o*niasque pices neclectaeque unguen amurcae
miscuit et summam conplectitur ignis in unam.
inde lavant aegros: atque ira coercita morbi
laxatusque rigor. quae te ne cura timentem
differat, et pluvias et Cauri frigora vitent;
duc magis, ut nudis incumbunt vallibus aestus,
a vento clarique faces ad solis, ut omne
exsudent vitium subeatque latentibus ultro
quae facta est medicina vadis. nec non tamen illum
spumosi catulos mergentem litoris aestu
respicit et facilis Paean adiuvit in artes.

---

412 vulgus *Sannaz.;* vulgi A.
413 promonet A; praemonet *Titius; Heinsius pro* et promonet *coniecit* nec promovet.
415 odorato *Sannaz.;* odorata A.
vino *Iohnson;* viro A.
416 Hippŏniasque *defendit Hauptius;* iponiasque A; Hipponisque *H. Schenkl, zu Grattius, p. 424;* Mygdoniasque *vel* Maeoniasque *Scaliger;* impone atque *Heinsius.*
neclectaeque *Haupt;* necliceat quę A; immundaeque *Aldina.*
unguen; ungun A.
418 lavant A; linunt *Gesner.* atque *Barth;* ast A; est *Aldina;* stet ut *Scaliger;* sic *Vollmer dubitanter.*
419 ne cura timentem *Sannaz.;* nec urat in mentem A.
420 et chauri *Sannaz.;* & hauri *vel* ec hauri A.
421 duc *H. Schenkl;* sic A; fac *Baehrens;* stent *Postgate.*
422 faces *Sannaz.;* facies A.
424 vadis A; malis *Baehrens.*
illum A; olim *Postgate;* illic *aut* ullum *Vollmer dubitanter.*
426 paean adiuvit *Sannaz.;* paeana diuint A.
in artes A; in arte *Baehrens.*

o rerum prudens quantam experientia volgo
materiem largita boni, si vincere curent
desidiam et gratos agitando prendere finis!
est in Trinacria specus ingens rupe cavique
introsum reditus, circum atrae moenia silvae
alta premunt ruptique ambustis faucibus amnes;
Volcano condicta domus. quam sup*t*er eunti
stagna sedent venis oleoque madentia vivo.
huc defecta mala vidi pecuaria tabe
saepe trahi victosque malo graviore magistros.
'te primum, Volcane, loci, pacemque precamur,
incola sancte, tuam: da fessis ultima rebus
auxilia et, meriti si nulla est noxia tanti,
tot miserare animas liceatque a*t*tingere fontis,
sancte, tuos' ter quisque vocant, *t*er pinguia libant
tura foco, struitur ramis felicibus ara.
hic (dictu mirum atque alias ignobile monstrum)
adversis specibus ruptoque e pectore montis
venit ovans Austris et multo flumine flammae
emicat ipse: manu ramum pallente sacerdos

---

428 materiam *corr. in* materiem A.
430 Trinacria specus *Aldina;* Trina cri aspectus A.
431 circom *corr. in* circum A.
atrae moenia *Aldina;* atremonia A.
433 vulgano (vulg— *etiam vs. 437. 460*) A; supter *Sannaz.;* super A.
437 primum A; genium *Baehrens.*
438 fessis *Sannaz.;* fissis A.
439 meriti *Sannaz.;* meritis A.
440 miserare A; miserere *Aldina.*
441 vocant ter *Sannaz,* uocanter A.
442 fuco *in* foco *corr.* A.
443 dictu *Aldina;* dictum A. *verba* dictu — monstrum *inter parentheses posuit Vollmer.*
446 *Recte Burmannus post* ipse *interpunxit; maluit tamen pro* ipse *legere* inde: emicat inde manu *coniungens.*

termiteum quatiens 'procul hinc extorribus ire
edico praesente deo, praesentibus aris,
quis scelus aut manibus sumptum aut in pectore motum est'
inclamat: cecidere animi et trepidantia membra.
o quisquis misero fas umquam in supplice fregit,
quis pretio fratrum meliorisque ausus amici
sollicitare caput patriosve lacessere divos,
illum agat infandae comes huc audacia culpae:
discet commissa quantum deus ul*t*or in ira
pone sequens valeat. sed cui bona pectore mens est
obsequitur*que* deo, deus illam molliter aram
lambit et ipse, suos ubi contigit ignis *hon*ores,
defugit a sacris rursumque reconditur antro:
huic fas auxilium et Volcania tangere dona.
nec mora, si medias exedit noxia fibras,
his lave praesidiis adfectaque corpora mulce:
regnantem excuties morbum. deus auctor, et ipsa
ar*t*em aluit natura suam. quae robore pestis
acrior aut leto propior via? sed tamen illi
hi*n*c venit auxilium valida vementius ira.

---

447 termiteum *Sannaz.;* termiteut A.
450 trepidantia *Aldina;* trepidentia A.
452 quis A; *defendit Vollmer, vid. comm.* qui *Aldina.*
455 ultor *Aldina;* ulor A.
456 pectore *Sannaz.;* pectora A.
457 obsequiturque *Sannaz.;* que *deest in* A.
aram *Sannaz.;* arum A.
458 contigit ignis *Aldina;* contig& ignes A.
honores *Sannaz.;* ores A.
459 defugit *Sannaz.;* defuit A.
a; ac (c *deleta*) A.
463 excuties *Barth;* excutiens A.
464 artem *Aldina;* arem A.
465 leto *Sannaz.;* lic& o A.
466 hinc *Aldina*; hic A.

quod primam si fallet opem dimissa facultas,
at tu praecipitem qua spes est proxima labem
adgredere: in subito subita et medicina tumultu.
stringendae nares et *bi*na ligamina ferro
armorum, geminaque cruor ducendus ab aure:
hinc vitium, hinc illa est avidae vehementia pesti.
ilicet auxiliis fessum solabere corpus
subsiduasque fraces defusaque Massica prisco
sparge cado: Liber tenuis e pectore curas
exigit, et morbo Liber medicina furenti.
quid dicam tussis, quid inertis damna veterni
aut incur*v*atae siquast tutela podagrae?
mille tenent pestes curaque potentia maior.
mitte age (non opibus tanta est fiducia nostris),
mitte, anime: ex alto ducendum numen Olympo,
supplicibus*que* vocanda sacris tutela deorum.

---

468 at tu *Sannaz.;* ad tu A; actu *Baehrens.*

469 subita et *Sannaz.; idem etiam* subitast *proposuit;* subitas & A.

470 et <bi>na *Haupt;* &na A; *Vollmerus requirit epitheton quale „rigida" vel „lassa".*

473 ilicet *Sannaz.;* illic et A.
solabere *Aldina;* so labore A.

474 defusaque; defussaque A.

475 tenuis *Sannaz.;* tenuiss A.

476 exigit *Barth;* exig& A.
et A; est *Aldina.*

477 inertis *Sannaz.;* maestis A; moesti *Aldina.*
veterni *Sannaz.;* ueternis A.

478 incurvatae *ed. Gryph. 1537;* incuratae A.
si quast *Sannaz.;* sequast A.

481 anime *Sannaz.*; animae A.

482 supplicibusque vocanda *Sannaz.;* supplicibus vocanda A; vocitanda *L. Mueller;* socianda *Birt* (*Ad histor. hexam. Lat. symb. diss. Bonn. 1876 p. 58, sociare = sociam facere, cf. Culic. v. 193, ubi casus pastori* opem *sociat = sociam facit*); captanda *Baehrens;* revocanda *Postgate;* votanda *H. Schenkl* (*zu Grattius, p. 433*). *In margine codicis* A *titulus legitur* de equis, *quem manus recens ante 497 posuit.*

idcirco aeriis molimur compita lucis
spicatasque faces sacrum ad nemorale Dianae
sistimus et solito catuli velantur honore,
ipsaque per flores medio in discrimine luci
stravere arma sacris et pace vacantia festa.
tum cadus et viridi fumantia liba f*e*retro
praeveniunt teneraque extrudens cornua fronte
haedus et ad ramos etiamnum haerentia poma,
lustralis de more sacri, quo tota iuventus
lustraturque deae proque anno reddit honore*m*.
ergo inpetrato respondet multa favore
ad partis, qua poscis opem; se*u* vincere silvas
seu tibi fatorum labes exire minasque
cura prior, tua magna fides tutelaque virgo.
  restat equos finire notis, quos arma Dianae
admittant: non omne meas genus audet in artis.
est vitium ex animo, sunt quos inbellia fallant
corpora, praeveniens quondam est incommoda virtus.
consule, Penei qualis perfunditur amne
Thessalus aut patriae quem conspexere Mycenae
glaucum: nempe ingens, nempe ardua fundet in auras

---

484 nemorale *Turnebus;* nemora alta A.
488 feretro *Sannaz.;* fr&ro A.
492 reddit honorem *Sannaz.;* redd& honore A.
493 respondet *Sannaz.;* respondit A.
multa A; culta *Heinsius.*
494 qua A; quam *Postgate.*
seu vincere *Aldina;* seuincere A.
Ante seu vincere *interpunxit Vollmerus.*
499 quos A; quorum *Baehrens.*
501 consule A non lege (= non elige) *Burman;* contue *Postgate* (*Ennius* contuo *habet fab. fragm. 44*).
Penei A; Peneo *Heinsius.*
502 Mycenae; mycaenae (*priore* a *deleta*) A.
503 Glaucum *Sannaz.;* claucum A.

crura. quis Eleas potior lustravit harenas?
ne tamen hoc attingat opus: iactantior illi
virtus quam silvas durumque lacessere martem.
nec saevos miratur equos terrena Syene
scilicet, et Parthis inter sua mollia rura
mansit honor; veniat Caudini saxa Taburni
Garganumve trucem aut Ligurinas desuper Alpes:
ante opus excussis cadet unguibus. et tamen illi
est animus fingetque meas se iussus in artes:
sed iuxta vitium posuit deus. at tibi contra
Callaecis lustratur *e*quis scruposa Pyr*ene*,
non tamen Hispano martem temptare m*inistro*
ausim: mur*i*cibus vix ora tenacia ferr*o*
concedunt. at tota levi Nasam*onia virga*
fingit equos: ipsis Numidae solver*e capistris*
audax et patiens operum g . . . .
centum actus spatiis atque eluctabitur iram.
nec magni cultus: sterilis quodcumque remisit

---

504 lustravit A; lustrabit *Turnebus*.
507 saevos A; scaevos *H. Schenkl, zu Grattius p. 442.*
miratur A; miretur *Cluverius*.
Syene; Syenae A; Cyrene *Wesseling;* Sidene *Burman*.
509 saxa (s *ex alia littera corr.*) A.
514 <e>quis; equis *restituit manus recentior in A pro* quis.
514—519 *fines in* A *abscissi.*
scrupossa A; Pyr<ene> *supplevit Aldina.*
515 m<inistro> *H. Schenkl;* m<inacem> *Aldina;* m<aligno> *Birt.*
516 muricibus *Sannaz.;* mur cibus A; in *ante* muricibus *addidit Vollmerus.*
ferr<o> *Sannaz.*; *Vollmer;* ferr<eis> *H. Schenkl.*
517 at *Vlitius;* aut A; ast *Schenkl.*
Nasam<onia virga> *supplevit Vlitius.*
518 solver<e capistris> *vel* solver<e lupatis> *Enk.*
solver<e capistra> *vel* solver<e lupata> *suppl. Vollmer.*
519 g<enus. ille vigebit> *supplet Aldina;* g<enus. hic equus acer> *Birt.*
520 centum A; septem *Heinsius.*

terra sui tenuesque satis producere rivi.
sic et Strymonio facilis tutela Bisaltae:
possent Aetnaeas utinam se ferre per arces,
qui ludus Siculis. quid tum, si turpia colla
aut tenuis dorso curvatur spina? per illos
cantatus Graiis Acragas victaeque fragosum
Nebroden liquere ferae: (o quantus in armis
ille meis quoius dociles pecuaria fetus
sufficient) quis Chaonios contendere contra
ausit, vix merita quos signat Achaia palma?
spadices vix Pellaei valuere Cerauni;
at tibi devotae magnum pecuaria Cyrrhae,
Phoebe, decus meruere, levis seu iungere currus
usus, seu nostras agere in sacraria tensas.
venanti melius pugnat color: optima nigr*a*
*cru*ra illi badiosque leg*u*nt et a . . . . . .

---

522 sui A; cibi *Postgate.*
satis A; sitis *Aldina.*
527 Graiis *Aldina;* gratis A.
529 ille A; illa *Vollmer, sed vide comment.*
foetus *Aldina;* coetus A.
530 Chaonios *Heinsins;* chaonia A; Chaonias *Aldina;* Chaoniam *Schenkl.*
531 quos A; quas *Aldina.*
533 at *Vollmer;* & A. cirrhae.
535 in *a manu prima supra versum scriptum in* A.
536 melius pugnat A; melius signat *Baehrens;* pugnat *sanum habentes alii pro* melius *aliud coniecerunt:* mellis *Graevius*, vineus *Burman*, maelis *Birt*, medius *Schenkl, zu Grattius, p. 443.*
nigr<a> *Enk;* nigr... A; nigri *Aldina.*
537—541 *initia in* A *abscissa.*
537 <cru>ra *Vlitius;* <o>ra *Birt;* <cu>ra *Vollmer.*
leg<u>nt *Aldina; Vollmerus mavult* leg<a>nt.
& auedon *in* A *legi putat Vollmerus.*

*et quo*rum fessas imitantur terga favillas.
. . . . . tum Italiae (sic di voluere) parentes
. . . . et terras omni praecepimus usu
. . . . conlustrat prata . . mati . . .
. . . .

---

538 ⟨et quo⟩rum *Aldina*.
terga favillas *Aldina;* terda favillas A.

539 ⟨o quan⟩tum *Vlitius;* ⟨hoc fa⟩tum *Curcio.*

540 ⟨praestant⟩ et *Vlitius;* ⟨vicimus⟩ et *Curcio.*
praecepimus *Aldina;* praecipimus A.

541 ⟨nostraque quam pernix⟩ conlustrat prata ⟨iuventus⟩ *Vlitius; sed* in A *post* prata *legitur* mati.

ORTHOGRAPHICA.

Quod ad orthographiam attinet, haec lectores monere velim:

1. Cum in codice A versu 1 *divom*, versu 75 et 79 *volture* traditum sit, ubique orthographiam poetae aequalem *vo-* pro *vu* restitui; scripsi igitur etiam contra codicum auctoritatem *divom* (104) pro *divum* (A), *contiguom* (37) pro *contiguum* (A), *volgus* (98) pro *vulgus* (A), *volneris* (109) pro *vulneris* (A), *volpina* (259) pro *vulpina* (A) eqs.

2. Non commemoravi codicis A aperta menda, qualia sunt *oppaca* (38), *inpossuere* (324), *inposşitis* (362)), *gemmina* (471), neque apparatum oneravi iis locis, ubi in codice A *ae* pro *e* vel *e* pro *ae* legitur: *caecidit* (9. 67. 315. 450), *praessa* (52), *praessantes* (207), *excaepit* (110), *caelsa* (213), *faetae* (301), *tuaebere* (307), *achaemaenio* (315), *caedent* (336), *praecanti* (372), *laetale* (384), *menalius* (19), *que* (137 = quae), *quạe* (156 = que), *grecia* (319), *curue* (343 = curvae), *stringende* (470 = stringendae), *pellei* (532) eqs.

INDEX VERBORUM, QUAE APUD GRATTIUM LEGUNTUR.

(*Coni.* = vox coniectura introducta aut correcta; *corr.* = vox corrupta).

Cado: cadit 262; cadet 511; cadant 353; cecidisti 315; cecidit 9; 67; cecidere 450.

cadus 488; cado *ablat.* 475.

caecus: caecas 97.

caedo: caede 148.

caelum *acc.* 325; caeli (*coni.*) 64; caelo *ablat.* 54.

caesaries (*canis*) *nom.* 273.

caligineus: caligineo *ablat. m.* 56.

Callaecus: Callaecis *ablat. m. adiect.*; *fortasse legendum* Callăĭcis 514.

callis: calles *acc.* 377.

calx: calces (*canum*) *acc.* 278.

Calydonius: Calydonia (*sc. canis*) *nom.* 196.

Camillus: Camillis *dat.* 321.

campus: campo *ablat.* 36.

candor *nom.* 44.

canis *nom. f.* 166; 185; 187; cani 202; canes *nom. plur.* 392; canum 151; 154; 346.

cannabinus: cannabi(n)as 47.

cano 1.

Canopus: Canopi *gen.* 43.

canto: cantatus 527.

cantus: cantibus *ablat.* 405.

canus: cana *ablat. f.* 340.

capesso: capessunt 198.

capio: capiat 275.

caput *acc.* 324; 453.

carmen: carmine 22; 23; carmina *nom. plur.* 251; 300.

cassis: cassem 28; casses *nom. plur.* 24.

catulus: catuli *nom. plur.* 485; catulis *dat.* 178; 328; catulos 306; 383; 425.

cauda *nom.* 272; cauda *ablat.* 237.

Caudinus: Caudini *gen. m.* 509.

Caurinus: Caurino (A Chaurino) *ablat. n.* 296.

Caurus: Cauri (*coni.*) *gen.* 420.

causa: causae *nom. plur.* 367; causas 346; 360; 385; 393.

caveo: cave 51.

cavus: cavi *nom. plur.* 430; cavis *ablat. f.* 313.

cedo: cedent 336.

celer: celeres *nom. plur. m.* 191.

celsus: celsa *ablat. f.* 213; celsi *nom. plur.* 269; celsis *ablat. f.* 239.

Celta: Celtas (*sc. canes*) 156.

centum 17 (*coni.*); 520.

Ceraunus: Cerauni *gen.* 532.

ceres: cererem (= *mazam*) 398.

certamen: certamina *acc.* 278.

cervinus: cervino *ablat. m.* 90.

cervix: cervice 213.

cervus: cervos 85.

cesso: cessaret 113.

ceteri: cetera *nom. plur. n.* 137.

Chaonius: Chaonios (Chaonia A) 530.

Cinyphius: Cinyphiae *nom. plur.* 34.

circa *adverbium* 10; 404.

circum *adverbium* 29; 144; 358; 363; 431; *praepositio* 241.

circumsono: circumsonat 348.

cito: citat 186.

clandestinus 183.

clangor: clangore (*canis*) 186.

clarus: clari *gen. m.* 422; claro *ablat. m.* 59; clara *nom.* 81; clara *ablat.* 78; clarissima *nom.* 256.

claudo: clauditur 241; clausit 92; clauserunt 112; clausae (*coni.*) *nom. plur.* 53.

clemens (*morbus*) *nom. m.* 413.

festus: festa *ablat.* 487.

fetus: fetae *dat.*; *nom. plur. f.* (*coni.*) 304.

fetura: feturam 264.

fetus (*substantiv.*) *nom. s.* 36 (= *linum*); 260 (*canis*); fetum *acc.* 166; fetus (= *ramos*) *acc.* 140; 529 (= *equos; coni.*)

fibra: fibrae *nom. plur.* 353; fibras (*canis*) *acc.* 461.

fides *nom.* 52; 172; 496; fidem *acc.* 401.

fiducia *nom.* 480.

filum: filo *ablat.* 25; 358.

fingo: fingit 518; finget 512; finxit 105; 254; finxere 121; sunt ficta 136; fictas 318; ficta *neutr. plur. nom.* 379.

finio: finire *infin.* 497.

finis: finem 12; fine 246; 327; finis *acc.* 429.

firmamentum: firmamenta *acc.* 11.

flamma: flammae *gen.* 445.

flatus *acc. plur.* 55.

fleo: flet, flebit 66.

flos: florem *acc.* 198; flores *acc.* 486.

flumen: fluminis 316; flumine 37; 445; flumina *nom. plur.* 52.

fluo: fluet 146.

focus: foco *ablat.* 442.

foedus: foedere 163.

fons: fontem 377; fontes 222; fontis 440; fontibus 17.

forte (*adverb.*) 243.

fortuna *nom.* 234.

fraces *acc.* 474.

fragosus: fragosum *acc. m.* 527.

frango: fregit 305; 312; 451.

frater: fratres (*canes*) *acc.* 299; fratrum 452.

fraus *nom.* 91; fraudem 45; fraude 226.

fretum: freta *acc.* 174.

frigus: frigoris 273; frigore 296; frigora *acc.* 420.

frondosus: frondosas 141.

frons: frondibus *ablat.* 149.

frons: fronte 489; frontibus *ablat.* 269.

frustra 189; 279.

frustro: frustrata (*sc. es*) 320.

fuco: fucantur 86.

fuga *ablat.* 378; fugas 390.

fugio: fugit *praes.* 171; fugies 114.

fulvus: fulvo *ablat. n.* 339.

fumo: fumantia *acc. n.* 488.

fumus: fumo *ablat.* 56.

fundo: fundet 503; fusa (*coni.*) *ablat. f.* 370.

furca (*hastae*) *ablat.* 111.

Furia: Furiis *dat.* 374; furias 392.

furo: furenti *dat. m.* 476.

furor: furorem 284.

furtum: furto *ablat.* 184.

futurus: futuras 298.

Galerus: galeri *nom. plur.* 340.

Gallus (*canis*): Gallis *dat.* 194.

Ganges: Gangen 314.

Garganus: Garganum 510.

gaudeo: gaudens *nom. m.* 20.

gaudium: gaudia *acc.* 207; 237.

Gelonus (*canis*): Geloni *nom. plur.* 157; Gelonae *nom. plur. f.* 195.

geminus: gemina (A geminas) *ablat. f.* 111; 471; geminis *ablat. f.* 68.

gemma: gemmis *ablat.* 313.

gemmo: gemmantis *acc. plur. m.* 144.

generosus: generosa *nom. f.* 142.

ignis *nom.* 417; 458; ignes *acc.* 270; 389; ignibus *ablat.* 59.

ignobilis: ignobile *nom. n.* 443.

ilia *acc.* 271 (*canis*); 341.

ilicet 473.

ilignus: iligno *ablat. n.* 92.

ille 96; 108; 168; 291; 329; 332; 388; 529; illius *gen. m.* 298; illi *dat. m.* 505; 511; 537; illum 105; 292; 424; 454; illo *ablat. m.* 103; illa *nom. f.* 27; 134; 151; 185; 206; 273; 282; 287; 303; 312; 336; 472; illi *dat. f.* 465; illam 457; illi *dat. n.* 123; illud *acc. n.* 189; illi *nom. plur. m.* 63; 323 (*coni.*); illos 526; illis *ablat m.* 324; illis *dat. f.* 209; illis *ablat. f.* 366; illa *nom. plur. n.* 400; illa *acc. plur. n.* 55; 188; illis *ablat. n.* 48.

imago: imagine 326.

imber *nom.* 54; imbres *acc.* 149.

imbibo: imbiberit *coni. perf.* 60.

imitor: imitantur 538.

impello: impulerint *coniunct. perf.* 66.

imperium *nom.* 328.

impetus *nom.* 123.

impiger 333.

imus: imas 338; ima *acc. n.* 341.

in *cum accusativo* 39; 85; 97; 147; 247; 267; 278; 280; 306; 337; 370; 392; 426; 498; 503; 512; 535.

in *cum ablativo* 2; 4; 44; 51; 67; 104; 105; 113; 139; 150; 158; 165; 173; 277; 361; 364; 381; 394; 410; 430; 449; 451; 455; 469; 486; 528.

inbellis: inbellia *nom.* 40; 499.

inclamo: inclamat 450.

includo: includas 49; inclusa *nom. f.* 280; includere *infin.* 358.

incola *voc.* 438.

incommodus: incommoda *nom. f.* 500.

incomptus: incomptos 131.

inconditus: incondita *nom. f.* 387.

inconsultus: inconsulti *nom. plur. m.* 4; inconsultis *dat. m.* 194.

incultus: inculto *ablat. m.* 20.

incumbo: incumbunt 421; incubuit 227; 244.

incurvatus: incurvatae (*coni.*) *gen.* 478.

inde 289; 354; 369; 418.

indocilis *nom. m.* 155; *nom. f.* 288.

indoles: indole 323.

indomitus: indomitos 152.

induco: inducere *infin.* 402.

indulgentia *nom.* 141; 309.

indulgeo: indulget 295.

induo: induit *perf.* 109.

industria *nom.* 12; 95; 305.

iners *nom. f.* 113; inertis *gen. m.* (*coni.*) 477; inerti *ablat. f.* 44; 297; inertis *acc. f.* 146.

infandus: infandae *gen. f.* 454.

infodio: infodiens *m.* 238.

informis: informe *nom. n.* 258.

ingens, *nom. m.* 68; 370; 430; 503; *nom. n.* 249; ingenti *ablat. m.* 120.

ingratus: ingrati *nom. plur. m.* 33.

inmanis: inmane *acc. n.* 265.

inmensus: inmensos 117.

inmundus: inmundo *ablat. m.* 75.

inpar *nom. n.* 61.

inpatiens (impatiens) *nom. f.* 274; 284; 292.

inpendium (*impendium*): impendia *acc.* 33; 176; 308.

inpendo: inpensum *acc. m.* 234.

inpetro: inpetravit 72; impetrata *nom. f.* 407; inpetrato *ablat. m.* 493.

inplico: inplicet 84.

inpono: inposuere 324; inpositis *ablat.* 362.

CANUM GENERA.

EQUORUM GENERA.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 1 lin. 5 a calce legitur „Faliscis"; legatur „Faleriis".

Pag. 5. Inter philologos, qui Grattium suo pretio aestimaverunt, etiam v. d. *Clovis Lamarre* nominandus est. Legimus enim in libro eius pulcherrimo, qui inscribitur „*Histoire de la littérature latine au temps d'Auguste*" tom. III, p. 368 de nostro poeta et alia et haec: „Dans le tout, sauf en deux ou trois endroits où le lecteur se trouve un peu dérouté par le manque de transitions, les idées s'enchaînent bien et l'on sent que Grattius suit un plan régulièrement conçu. Il ne reste pas au-dessous de sa matière et, presque toujours, il triomphe avec bonheur des difficultés qu'elle présentait; son érudition n'a rien qui déplaise, elle s'allie à une imagination brillante, féconde en images pleines de vie et de mouvement. Il y a bien, à la vérité, dans ce mouvement des bonds hardis, de brusques soubresauts, de même que sa diction présente çà et là des expressions obscures, des termes employés avec une signification, qui n'est pas ordinaire; mais, en général, on trouve chez lui, avec l'abondance et la facilité d'un heureux génie, la pondération du jugement, la nervure d'un mâle langage et la frappe savante d'un vers qui ne manque ni de cadence ni d'énergie.... On reconnaît en lui un poète nullement indigne du grand siècle de la littérature latine."

Pag. 42 versu 13 carminis deleatur virgula post „bello".
„ 43 „ 62 „ „ „ „ „veterum".
„ 49 linea 14 a calce post „praegrav&" addatur: A.
„ 57 versu 273 carminis legitur „nimus"; legatur „nimis".
„ 71 linea 10 a calce post „cirrhae" addatur: A.

GRATTI CYNEGETICON
QUAE SUPERSUNT.

GRATTI CYNEGETICON
QUAE SUPERSUNT.

CUM PROLEGOMENIS, NOTIS CRITICIS, COMMENTARIO EXEGETICO

EDIDIT

P. J. ENK
LITT. CLASS. DOCTOR

PARS ALTERA, COMMENTARIUM CONTINENS.

ZUTPHANIAE.
APUD W. J. THIEME & CIE.
MCMXVIII

COMMENTARIUS.

Prooemium.

Cynegeticon prooemium, quod et ad totum opus et ad librum I pertinet, ex partibus constat quinque: I *indicatio* (v. 1) quae summam totius carminis breviter indicat; II *emblema*, (2—12) quod venandi artem quomodo orta et exculta sit exponit; III *numinum invocatio* (13—20); IV *dispositio*, quae carminis argumentum proponit et distribuit (20—23); V *commendatio* (61—72); cf. v. d. G. Engel (de antiquorum epicorum didacticorum historicorum prooemiis, diss. Marp. 1910), qui tamen hoc prooemium minus recte disposuit rem criticam parum curans, vid. l. l. p. 34 et p. 10.

1. **Dona cano divom:** cf. Pseudo-Xen. Cyn. 1. 1. *τὸ μὲν εὕρημα θεῶν, Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος, ἄγραι καὶ κύνες.*

Oppian. de Piscat. II 15 *κεῖνοι* (dei) *καὶ τέχνας πολυκερδέας ἀνθρώποισιν / δῶκαν ἔχειν καὶ πᾶσαν ἐπιφροσύνην ἐνέηκαν.*

Grattii prooemium *Manilii* prooemii exemplum fuit (cf. E. Müller, zur Charakteristik des Manilius, Philologus. 1903, p. 68), quod ex hoc primo versu statim discimus, cf. Manil. I. 25 *quem* (sc. mundum) *primum interius licuit cognoscere terris / munere caelestum*, et nostras adnotat. ad vs. 2, 4, 6, 9.

Cum nostro versu confer Vergil. Georg. I. 12 *munera vestra cano.*

laetas: gratas, quae laetitiam afferant, quas venatores libenter exerceant, cf. Lucan. VIII. 89; Hor. Sat. I. 1. 8; Sil. XI. 201; Valer. Flacc. I. 30; Tac. Hist. IV. 68 *laetum militibus idem nomen;* Nemesianus primi huius versus memor est, cf. eius versum primum *venandi cano mille vias hilaresque labores*, cf. quae disputavi in Mnemosynes volumine 45, p. 53—68.

artis: operae pretium est animadvertere, quam saepe poeta noster suos versus eodem modo claudat, id quod primus monuit vir doctus H. Kraffert, (Beiträge zur Kritik und Erklärung lateinischer Autoren III. p. 151); vocabulum *artes* redit in fine horum versuum 1, 8, 23, 107, 151, 190, 318, 426, 498, 512; vocabulum *armis* hos claudit versus: 2, 51, 81, 93, 160, 173, 274, 333, 337, 528. „Grattius ist geradezu ein Fanatiker der *τέχνη*" (H. Schenkl, Zu Grattius, p. 438).

In Grattii carmine complures accusativos in *-is* desinentes reperimus: *artis:* 1, 8, 23, 151, 190, 217, 498; *partis:* 11, 494; *finis:* 429; *hostis:* 45, 152, 171, 185; *fontis:* 440; *inertis:* 146; *levis:*

299, 534; *tenuis:* 475; *quadruplicis:* 26; participia praesentis in *-tis:* 140, 144, 205, 345, 360.

2. **auspicio, Diana, tuo:** te duce atque *tuo iussu; auspicium = iussum*, cf. Verg. Aen. XI. 347 *cuius ob auspicium infaustum moresque sinistros.*

Oppian. Apameens. I. 16 *τοιγὰρ ἐγὼν ἔραμαι θήρης κλυτὰ δήνε' ἀεῖσαι / τοῦτό με Καλλιόπη κέλεται, τοῦτ' Ἄρτεμις αὐτή.*

Manil. I. 30 *tu princeps auctorque sacri Cyllenie tanti.*

Diana: i longa est, ut vs. 13, 99, 124; brevis est vs. 252, 484, 497.

prius: olim, cf. Avien. Orbis Terrae 425 *hic prius Eridani propter nemorosa fluenta / fleverunt liquidae lapsum Phaethontà sorores.*

prius omnis in armis / spes fuit: nondum consentiunt viri docti, quomodo hoc versu vox *armis* accipienda sit. Recentissimus enim editor, Fridericus Vollmer *armis* interpretatur *membris*, non *arma*, sed *armos* intellegens, ut antea Barthius. Alii, ut Housman (Class. Rev. XIV, p. 465), Curcio in commentario suo, *arma* intellegunt; alii, ut Postgatius in editione sua, cum Barthio pro *in armis* scribunt *inermis*. Quamquam *armi* de animalibus frequentius adhibetur quam de hominibus, tamen de homine utitur Vergilius, Aen. XI. 644: (de Herminio) *latos huic hasta per armos / acta tremit*, Lucanus IX. 831: *totoque semel demittit ab armo.*

Utrum nostro loco *arma* an *armi* intellegendi sint, apparet ex versu 153 *sive indomitos vehementior hostis / nudo marte premas seu bellum ex arte ministres;* nam nostro quoque loco idem legimus: *prius omnis in armis / spes fuit et nuda silvas virtute movebant;* postea autem Rationem secuti *homines contiguas ex artibus artis / proserere* coeperunt; antiquissimis temporibus iam arma adhibita esse ipse Grattius credit, cf. 67 *ceciditque suis Ancaeus in arvis* (*et praedexter erat geminisque securibus ingens*), nam et Hercules suam gerebat clavam. Idem docet Lucretius (V. 967), quem citat Housman, *manuum mira freti virtute pedumque / consectabantur silvestria saecla ferarum / missilibus saxis et magno pondere clavae.*

Rectissime autem totius loci sententiam sic reddit Housman: „primitive men, before Diana taught them *artes*, put all their trust in weapons, *omnis in armis spes*, and roused the woods with prowess unhelped by skill, *nuda virtute*". Denique iure suo scribit vir doctus P. Donà (Riv. di Filol. 1875, p. 172), postquam locos Vergilii et Lucani supra a me citatos attulit: „osservisi però

che <*armus* = „braccio"> sempre e in ogni esempio vien adoperato in quei casi, in cui è impossibile venga preso come derivato da *arma, armorum* (exceptis scilicet iis locis, quibus *armos* significari luce clarius est). Col dare dunque all' *armis* il significato di *braccio* si attribuisce all' autore un gravissimo difetto, quello dell' ambiguità."

omnis in armis / spes fuit, cf. Sall. Iug. 14. 10 *spes omnis in armis erat;* Liv. XXXII. 23. 5 *omnis inde spes oppugnantibus in vi et armis et operibus erat.*

3. **nuda virtute:** virtute arte doloque carenti, ut supra vidimus. Alio sensu eadem verba usurpat Statius, Thebais IV. 229. *Deus ipse viros in pulvere crudo / Arcas alit nudaeque modos virtutis et iras / ingenerat*, sermo enim est de viris qui nudi luctantur.

silvas... movebant: feras silvestres, cf. 65 *quam magna mercede meo sine munere silvas / impulerint*; 80 *turbat odor silvas;* 494 *vincere silvas.* Infeliciter conferunt antiquiores commentatores et Curcio Ovid. Met. VII. 205 *et silvas moveo* (= arbores loco moveo) quae verba dicit Medea; et Valer. Flacc. III. 21 *silvasque fatigat*, ubi Langenus recte adnotat: poetice dicitur fatigari ea regio, in qua quis passim et diu vagatur.

4. **inconsulti:** cf. Aeschyl. Prometh. 456 de primis hominibus *ἄτερ γνώμης τὸ πᾶν / ἔπρασσον·* cf. vs. 194 *inconsultis... Gallis.*

vitaque erat error in omni: cf. Manil. I. 66 *nam rudis ante illos nullo discrimine vita / in speciem conversa operum ratione carebat*, cum quo versu conferatur Gratt. vs. 6.

vita... in omni: in omni vitae institutione, cf. Ter. Andr. 62 *sic vita erat: facile omnes perferre ac pati* eqs.

5. **propiore via:** via magis convenienti, cf. Cic. Ep. ad Att. XIV. 19 *nos alium portum propiorem huic aetati videbamus;* Gratt. 218 *vidit qua propior patuit via*

via: *μέθοδος*, cf. Dionys. Piereg. 233 *οἳ πρῶτοι βιότοιο διεστήσαντο κελεύθους.*

meliusque profecti: cf. Catull. 45. 19. 20 *nunc ab auspicio bono profecti / mutuis animis amant amantur;* Cic. de Orat. II. (14.) 58 *denique etiam a philosophia profectus princeps Xenophon... scripsit historiam.*

6—9. **te sociam, Ratio, rebus sumpsere gerendis / hinc**

omne auxilium vitae rectusque reluxit / ordo et contiguas didicere ex artibus artis / proserere, hinc demens cecidit violentia retro.

Poeta noster de humani cultus historia antiquissima haec fere cogitavit: olim homines in omnibus erroribus vivebant, omnis fere cultus et humanitatis expertes; tandem aliquando Ratio i. e. Sapientia eos omnia docuit, quae vitam faciliorem iucundioremque redderent. Antiquissimi igitur homines, Grattio si credimus, prorsus non felices erant, longeque dissentit ab iis philosophis poetisque, quibus prisca aetas beatissima atque aurea erat. Quaeritur primum ex quali fonte haec petierit, deinde a cuius philosophia ortus sit. Vir doctus Edwin Mueller (Philolog. Bnd. LXII. p. 69) bene perspexit opiniones, quas Grattius in prooemio suo profert, congruere cum Posidonii sententiis. Quem philosophum (qui vixit 135—45 ante Chr. natum) ante Grattium idem docuisse scimus e Senecae epistula 90. In ea enim epistula Seneca, dum Posidonii philosophiam impugnat, satis multa ex eo citat; praeterea complura ex eo, quamquam dissentit, ad suam ipsius opinionem defendendam ingeniose adhibuit, id quod bene perspexit Bollius ille (Studiën über Claudius Ptolemäus, Fleckeisens Jahrb. class. philol. 21 supplem. bnd. p. 223). Is autem comparat inter se Senec. epist. 90, 39 *quidquid natura protulerat, id non minus invenisse quam inventum monstrare alteri voluptas erat... inter concordes dividebatur* et versus 83. 84 primi libri Manilii, quem poetam et ipsum sua ex Posidonio hausisse hodie inter omnes constat: *et quodcumque sagax tentando repperit usus / in commune bonum commentum laeta dederunt.*

Excerpamus igitur ex Seneca epistula eas Posidonii opiniones, quae cum Grattii scientia congruunt: illo ergo saeculo, quod aureum perhibent, penes sapientes fuisse regnum Posidonius iudicat. Hi continebant manus et infirmiorem a validioribus tuebantur, suadebant dissuadebantque et utilia atque inutilia monstrabant; horum prudentia ne quid deesset suis providebat, fortitudo pericula arcebat, beneficientia augebat ornabatque subiectos... hactenus Posidonio adsentior: artes quidem a philosophia inventas quibus in cotidiano vita utitur non concesserim nec illi fabricae adseram gloriam: „illa", inquit, „sparsos et aut cavis tectos aut aliqua rupe suffossa aut exesae arboris trunco docuit tecta moliri"... quid ais? philosophia docuit homines habere clavem et seram?

... in illo quoque dissentio a Posidonio quod ferramenta fabrilia excogitata a sapientibus viris iudicat. isto enim modo dicat licet sapientes fuisse, per quos „tunc laqueis captare feras et fallere visco inventum et magnos canibus circumdare saltus". omnia enim ista sagacitas hominum, non sapientia invenit.

....(sapientia) non arma nec muros nec bello utilia molitur.... non est, inquam, instrumentorum ad usus necessarios opifex.

Putaveris Grattium in prooemio Epicurum secutum esse, cum versu quadringentesimo religionis praecepta vocet *metus solacia falsi*. Et revera Grattius quoque, ut Epicurus, vitam priscorum hominum miserrimam ducit: *vita erat error in omni*, quibuscum conferenda sunt, quae apud Diodorum Siculum legimus (I. 8. 5). Eum enim Epicuri doctrinam secutum esse primus vidit Woltjerus nostras (Lucretii philos. cum fontibus comparata, p. 138 sqq.).

Diodorus autem scribit haec: *τοὺς οὖν πρώτους τῶν ἀνθρώπων μηδενὸς τῶν πρὸς βίον χρησίμων εὑρημένου ἐπιπόνως διάγειν, γυμνοὺς μὲν ἐσθῆτος ὄντας, οἰκήσεως δὲ καὶ πυρὸς ἀήθεις, τροφῆς δ' ἡμέρου ἀνεννοήτους. καὶ γὰρ τὴν συγκομιδὴν τῆς ἀγρίας τροφῆς ἀγνοοῦντας μηδεμίαν τῶν καρπῶν εἰς τὰς ἐνδείας ποιεῖσθαι παράθεσιν· διὸ καὶ πολλοὺς αὐτῶν ἀπόλλυσθαι κατὰ τοὺς χειμῶνας διά τε τὸ ψύχος καὶ τὴν σπάνιν τῆς τροφῆς. ἐκ δὲ τοῦ κατ' ὀλίγον ὑπὸ τῆς πείρας διδασκομένους εἴς τε τὰ σπήλαια καταφεύγειν ἐν τῷ χειμῶνι καὶ τῶν καρπῶν τοὺς φυλάττεσθαι δυναμένους ἀποτίθεσθαι. γνωσθέντος δὲ τοῦ πυρὸς καὶ τῶν ἄλλων τῶν χρησίμων κατὰ μικρὸν καὶ τὰς τέχνας εὑρεθῆναι καὶ τἄλλα τὰ δυνάμενα τὸν κοινὸν βίον ὠφελῆσαι. καθόλου γὰρ πάντων τὴν χρείαν αὐτὴν διδάσκαλον γενέσθαι τοῖς ἀνθρώποις, ὑφηγουμένην οἰκείως τὴν ἑκάστου μάθησιν εὐφυεῖ ζῴῳ καὶ συνεργοὺς ἔχοντι πρὸς ἅπαντα χεῖρας καὶ λόγον καὶ ψυχῆς ἀγχίνοιαν.*

In hoc tamen Grattius ab Epicuro differt, quod artes non *usu*, sed *sapientia* inventas putat. Hoc igitur a Posidonio sumpsit.

Ratio autem, de qua loquitur Grattius, a Seneca *sapientia* (= *φιλοσοφία*) vocatur; etiam apud Ciceronem (Tuscul. I. 26. 64) philosophia *omnium mater artium* est, cf. etiam de orat. I. 3, 9 *neque enim te fugit omnium laudatarum artium procreatricem quandam et quasi parentem eam, quam φιλοσοφίαν Graeci vocant, ab hominibus doctissimis iudicari.*

6. **te sociam, Ratio, rebus sumpsere gerendis:** cf. Manil.

I. 95 sqq. *omnia conando docilis sollertia vicit. / nec prius imposuit rebus finemque modumque, / quam caelum ascendit ratio.*

te, sociam... rebus... gerendis: cf. Lucret. I. 24 *te sociam studeo scribendis versibus esse;* locutio apud Grattium e castris sumpta est.

7. **hinc omne auxilium vitae:** inde ab eo tempore vita omnibus modis facilis fiebat.

rectus reluxit / ordo: *relucendi* verbum eodem modo adhibetur Valer. Max. IX, 15 *postquam a Sullana violentia Caesariana aequitas reluxit* (sic lego cum Novakio; mss. *reduxit;* Kempf *<rem publicam> reduxit*); cf. apud Horat. A. P. 41 *lucidus ordo;* „reluxit ordo solis instar diu desiderati" (Stern).

rectus... / ordo: cf. Horat. Carm. IV. 15, 9/10 *ordinem / rectum evaganti frena licentiae / iniecit.*

8. **contiguas didicere ex artibus artis / proserere:** Pierleoni v. d. hic quoque Vergilium citat: Georg. I. 133—134 *ut varias usus meditando extunderet artis / paulatim,* et Georg. I. 145 *tum variae venere artes;* vides tamen nostrum vix quicquam a Vergilio sumpsisse.

contiguas: vicinas, cognatas, inter se aliquid commune habentes; sic Cicero vocabulis *vicinus* et *finitimus* utitur, cf. Orator 32 (113) *vicinam eius* (Rhetoricae sc.) *ac finitimam dialecticorum scientiam.*

9. **proserere:** producere, cf. Lucan. IV. 411 *non proserit ullam / flava Ceres segetem.* Grattium imitatus est Manil. I. 90 *semper enim ex aliis alias proseminat usus.*

demens... violentia: inconsulta vis; nos „brute kracht".

cecidit... retro: abiit, cf. Petron. Satyr. 80 *cum fortuna manet, vultum servatis, amici; / cum cecidit, turpi vertitis ora fuga,* ubi tamen pro *cecidit* Douza corrigere volebat *cedit;* etiam nostro loco *cessit* aut *cedit* (quod mihi magis arrideret) exspectes, sed fortasse alter locus alterum defendit.

10. **auspicium:** momentum.

deus: τὸ Θεῖον, cf. 513.

altaque circa / firmamenta dedit: artesque auctoritate sua tamquam alto firmamento tutatus est, cf. vs. 13. 14 *tu trepidam... vitam, Diana,... dignata... protegere.*

10. **circa / ...dedit:** antiquiores editores Vlitius, Iohnsonius, Wernsdorfius, Sternius pro *circa* edebant *circum* compar. Verg. Aen. v. I. 175: *suscepitque ignem foliis atque arida circum / nutrimenta dedit*, quem locum in animo habuisse Grattium suspicatur Marquardus Gudius ad Phaedr. III, 20. Sed utraque adverbii forma *circum* et *circa* recte se habet. Quod ad verbi significationem attinet, confer: Tac. An. XIV, 15: *nec ulla moribus olim corruptis plus libidinum circumdedit quam illa conluvies;* XIV, 53: *at tu gratiam mihi inmensam, innumeram pecuniam circumdedisti*, Hist. IV, 11: *qui principatus inanem ei famam circumdarent;* Agric. 20: *egregiam famam paci circumdedit;* cf. περιτιθέναι τινὶ βασιλείαν, ἐλευθερίαν, ἀτιμίαν.

11. **tum partis quisque secutus / exegere suas:** tum homines eam partem, quam elegerant, perfecerunt, cf. Horat. carm. III. 30. 1 *exegi monumentum aere perennius.*

12. **tetigitque industria finem:** cf. Horat. A. P. 412 *contingere metam.*

13. **trepidam bello vitam.... ferino:** haec pulchre illustrat Lucretius, V. 982 *sed magis illud erat causae, quod saecla ferarum / infestam miseris faciebant saepe quietem / eiectique domo fugiebant saxea tecta / spumigeri suis adventu validique leonis.*
bello... ferino: cf. Manil. IV. 178 *ille novas semper pugnas nova bella ferarum / apparat. Venatio* Antiquis, praesertim Graecis, genus *belli* videbatur, cf. *Aristotel.* Pol. I, 8 καὶ ἡ πολεμικὴ φύσει κτητική πως ἔσται (ἡ γὰρ θηρευτικὴ μέρος αὐτῆς), ᾗ δεῖ χρῆσθαι πρός τε τὰ θηρία καὶ τῶν ἀνθρώπων ὅσοι πεφυκότες ἄρχεσθαι μὴ θέλουσιν, ὡς φύσει δίκαιον ὄντα τοῦτον τὸν πόλεμον, *Philo* De vita Mosis I. 60/61 ἡ ... τῶν ἀγρίων (θηρίων) θήρα στρατηγικὸν καὶ ἐχθρῶν ἐστι γύμνασμα; idem multo ante docuerat Xenophon Cyrop. I. 6. 28. 29, cf. de tota hac re *B. A. Müller*, Wiener Studien 1908, p. 165—167. Grattium permultis uti vocabulis ad bellum pertinentibus etiam Henricus Schenkl observavit, qui (zu Grattius, p. 437) haec collegit exempla: *adgredior* (uno loco), *arma* (19 locis), *armamentum* (uno loco), *armare* (uno loco), *auxilium* (10 l.), *bellum* (4 l.), *honor* (9 l.), *hostis* (10 l.), *inbellis* (2 l.), *ira* (8 l.), *Mars, Mavors, Mavortius* (7 l.), *militia* (uno loco), *proelium* (2 l.), *pubes* (2 l.), *pugna, pugnator, pugnare* (3 l.), *triumphus* (uno l.), *tropaeum* (uno l.), *victoria* (2 l.), *vincere* (9 l.), *volnus* (9 l.).

Diana: cf. Callim. hymn. Dian. 1. 2 Ἄρτεμιν (οὐ γὰρ ἐλαφρὸς ἀειδόντεσσι λαθέσθαι) / ὑμνέομεν, τῇ τόξα λαγωβολίαι τε μέλονται.

14. **qua primam quaerebat opem:** sc. vita trepida i. e. homines trepidi. Sententia est haec: *qua ex parte homines maxime auxilii indigebant;* adverbio *qua* Grattius saepissime utitur, v. 38. 71. 199. 218. 241. 386. 414. 468. 494.

dignata: sc. *es.*

16—20. Hi versus magnas praebent difficultates: traditum est:
16 adscivere tuo comites sub nomine divae
17 centem omnes nemorumentes de fontibus omnes
18 Naides, et Latii... Faunus...
19 Menaliusque puer domitrixque Idaea leonum
20 mater et inculto Silvanus termite gaudens.

Pro *nemorumentes* Burmannus vidit scribendum esse *nemorum umentes.* Quaeritur, quomodo emendandum sit *centem;* ante omnia constat *adscivere* obiectum flagitare, nam quod Wernsdorfius adnotat: „*adscivere* videtur hic neutraliter accipiendum ut sit contrarium τοῦ *desciscere* pro *assensere, adiunxere se*" nullis defendi potest exemplis; quamobcausam iam Heinsius *adscitaeque* proposuit, parum ille tamen curans ductus litterarum. Postgatius (in apparatu editionis suae) *adcrevere* dubitanter coniecit, post *divae* interpungens. Cum tamen non verisimile sit in verbo *adscivere* vitium haerere, cum coniecturae propositae omnes nimis audaces sint, Radermacherus (Rhein. Mus. 52. 627) pro *centem* proposuit *gentem,* simul vocabulum, quod sequitur, *omnes* in *omnem* mutans; vult autem vs. 16. 17 sic legere: *adscivere tuo comites sub nomine divae / gentem omnem nemorum; umentes* eqs.

Eodem modo Henricus Schenkl (zu Grattius, p. 421) textum constituere vult, sed praeterea pro *nemorum, umentes* scribit *nemorum, g e n t e s de fontibus omnes;* putat enim quod supra *nemorumentes* scriptum est, litteram g esse; verbi *adscivere* subiectum facit vocem *homines* (vs. 4); *verba tuo sub nomine divae* explicat comparando *tuum adolescentis studium.*

Collato tamen loco simili apud Vergilium Georg. IV. 383 *centum quae silvas centum quae flumina servant,* praesertim cum *omnes* bis positum in initio et sub finem a poeta profectum videatur, prius *omnes* mutare nolim; neque tamen cum Vollmero ediderim *adscivere tuo comites sub nomine divae / gentem:*

omnes nemorum eqs. quod ita defendit (Musée Belge 1898. p. 231) „*divae* quae sub nomine tuo sunt pro comitibus gentem i. e. se adscivere" collato versu ex Statii Silvis III. 2. 4 *placidumque advertite votis concilium* = vos advertite votis; primum enim displicet *gentem* nude positum pro *dis deabusve*, deinde nimis obscure dicitur *gentem adscivere* pro *se adscivere*. *Ἀπορία* solvitur si pro *centem* cum Parisino (8071) *centum* legimus et post hanc vocem sententiam incidimus.

Tum hanc nanciscimur sententiam: „divae quae sub tuo nomine sunt, Diana, centum adscivere comites"; quo loco *centum* positum est, magnam habet *ἔμφασιν*, quod non dubium est quin ipse poeta sibi voluerit, ut vox *omnes* bis repetita docet; quodsi *adscivere* sanum ducimus, sequitur ut in lacuna (vs. 18) fuerit verbum aliquod, quod bene perspexit Vollmerus; eius supplementis receptis sic fere Grattius scripsisse videtur:

> adscivere tuo comites sub nomine divae
> centum: omnes nemorum, umentes de fontibus omnes
> Naides, et Latii <Satyri> Faunus<que subibant>
> Maenaliusque puer eqs.

adscivere .... comites .... / centum: cf. Caes. B. G. I. 5. 4 *Boios .... socios sibi adsciscunt.*

tuo sub nomine: sub tuo nomine = „sub tuo praesidio, tuaque tutela", cf. Ov. Trist. II. 551 *idque* (sc. volumen) *tuo nuper scriptum sub nomine, Caesar;* Liv. XXVII. 49.4 *ne superstes tanto exercitui suum nomen secuto esset.*

17. **centum:** significat numerum infinitum, ut Graece *ἑκατόν*, cf. Verg. Georg. III. 18 *centum quadriiugos agitabo ad flumina currus*, Aen. I. 416 *centumque Sabaeo / ture calent arae*, IV. 199 *templa Iovi centum*, VI. 786 (Berecynthia mater) *laeta deum partu, centum complexa nepotes;* Catull. 64. 389 *conspexit terra centum procumbere tauros;* Horat. Epod. 17. 38 *seu poposceris / centum iuvencos;* Carm. III. 8. 13 *cyathos amici / sospitis centum;* Tibull. I. 7, 49 *huc ades et centum ludis Geniumque choreis / concelebra;* Gratt. 520.

17. **umentes:** cf. Claud. de Raptu III. 17 *incumbunt patribus udae / Naides.*

18—20. Hos versus scribens Grattius ante oculus habuit initium

primi Georgicon libri, vs. 10 *ferte simul* *F a u n i q u e* *pedem Dryadesque puellae* et vs. 16 sqq. *ipse nemus linquens patrium saltusque Lycaei / P a n, ovium custos, tua si tibi M a e n a l a curae, / adsis, o Tegeaee favens, oleaeque Minerva / inventrix uncique puer monstrator aratri / et teneram ab radice ferens, S i l v a n e, cupressum.*

18. **Naides:** *ναίδες, fontium* (*νάω*) nymphae. Hoc loco Naides etiam *nemoris* nymphae vocantur; versus igitur adnumerandus est iis, de quibus disputavi in meo *ad Propertii carmina commentario critico*, p. 65; cf. etiam Ov. Met. I. 691.

19. **Maenaliusque puer:** Pan, cui, ut ait Vergilius, *Maenala* curae, venatione gaudet, cf. Theocr. 1. 16 *τὸν Πᾶνα δεδοίκαμες· ἦ γὰρ ἀπ' ἄ γ ρ α ς / τανίκα κεκμακὼς ἀμπαύεται.* Callim. hymn. Dian. 87. *ἵκεο δ' αὖλιν / Ἀρκαδικὴν ἐπὶ Πανός· ὁ δὲ κρέα λυγκὸς ἔταμνε / Μαιναλίης, ἵνα οἱ τοκάδες κύνες εἶδαρ ἔδοιεν.* Calpurn. 10. 2 *patula vitabant ilice solem / cum Pan v e n a t u f e s s u s recubare sub umbra / coeperat et somno lassatas sumere vires;* Philostrat. Imag. p. 416 ed. Kayser; Nonn. Dionys. 48. 258—262.

19—20. **domitrixque Idaea leonum / mater:** Cybele, quae hanc ob causam venationis fautoribus adnumeratur, quod *in curru biiugo agitabat leones*, ut Lucretii verbis utar (II. 601); et Ovidio roganti: *cur huic* (= Cybelae) *genus acre leonum / praebent insolitas ad iuga curva iubas* sic respondet Musa: *feritas mollita per illam/creditur; id curru testificata suo est.* (Fast. IV. 215—218), cf. *Baumeister*, Denkm. I. p. 86; II. p. 800; III. 2011, et *Müller*, Denkm. II. tab. LXII sq. 806 sq. Confer etiam Varronem apud August. Civ. Dei VII. 24 *leonem adiungunt solutum ac mansuetum, ut ostendant nullum genus esse terrae tam remotum ac vehementer ferum quod non subigi colique conveniat.*

20. **inculto Silvanus termite gaudens:** *termes* hic nomen proprium fruticis esse putat Vollmerus.

vs. 21—23. his ego praesidibus nostram defendere sortem
contra mille feras et non sine carmine — lusus
carmine et arma dabo et venandi persequar artis

Sic hi versus leguntur in A; qui haec leget, haud dubie haerebit in fine versus secundi: nam non solum aegre desideramus verbum

a quo pendeat infinitivus *defendere*, sed etiam quid nobis faciendum sit substantivo *lusus* nescimus. Quae non fugisse philologos priorum saeculorum vix opus est dictu; placebat enim multis Vlitii nostratis coniectura *nisus* pro *lusus*. Vollmerus autem primus mortalium verba tradita non emendare conatus, sed explicare *lusus* quidem dedit ingenii, sed etiam *arma* tradidit quibus impugnari posset; scribit enim in „Museo Belgico" (le Musée Belge 1898, p. 231): „sermo, ut solet in prooemiis, imitatur animum in rem ipsam properantem, ideo poeta in versu 22 post *carmine* abrumpit sententiam: pro ex. gr. *conabor* quod verbum suppleret infinitivum antecedentem mavult id quod adhuc non luculenter expressit, se et prodesse (*defendere sortem*) et delectare (*non sine carmine*) velle, iterum verbis apertis dicere, nempe se carmine et lusus et arma dare".

Ingenue fateor mihi quidem hanc verbi *conatus* omissionem durissimam videri, sed aliud habeo argumentum quod me vetat Vollmero adstipulari. Num potest, rogaverim, voce *lusus* significare carmen didacticum, a quo omnis iocus ludusque alienissimus? Conferamus aliquot locos: Martial. IV, 49 *nescis, crede mihi, quid sint epigrammata, Flacce, / qui tantum lusus illa iocosque putas*. Plin. ep. VII 9. 9 *fas est et carmine remitti non dico continuo et longo* (*id enim perfici nisi in otio non potest*), *sed hoc arguto et brevi, quod apte quantas libet occupationes curasque distinguit. Lusus vocantur, sed hi lusus non minorem interdum gloriam quam seria consecuntur.*

Cum igitur et *verbum* aliquod desideremus et vox *lusus* vertenti magnas praebeat difficultates, non dubium est, quin hic haereat vitium, quod tamen non feliciter corrigit Vlitii coniectura *nisus*. Poetae manum restituit Graevii inventum *iussus*. Litterae *l* et *i* saepius confunduntur, cf. 71 *obula*, 80 *mellus*, 355 *uiceris* pro *ulceris*, 374 *furtis* pro *furiis*, 484 *nemora alta* pro *nemoralia*, 527 *gratis* pro *Graiis*, cf. H. Schenkl, *Zu Grattius* p. 422. Pro *duplici* consonanti saepius *una* tantum scribitur, cf. v. 126, 133, 164, 171, 236, 322, 416, 440, ibidem p. 422.

Iussus praeterea defenditur versu 2 *auspicio, Diana, tuo*, et iis, quae ibi adnotavimus.

Post versum 23 Vollmero praeeunte versus 61—74 inserui, nam eos molestissime interrumpere ea quae de retibus narrantur quisque semel monitus sentit; praeterea absurdum est, postquam de lino egerit poeta, hunc sequi versum: *magnum opus et tangi, nisi*

cura vincitur, inpar; postremum ubi haec artis venaticae commendatio melius quadrat quam in prooemio? Primus hunc locum transponendum esse perspexit Fr. Jacob, qui tamen versus 61—74 non recte post 24 transponi iussit.

61. **magnum opus et tangi, nisi cura vincitur, inpar:** ars venandi difficile opus est, quod melius est non adgredi, nisi cura et arte difficultates superare conaris.

62—75. Demonstrare vult poeta sine venandi *arte* nihil prodesse corporis vim aut virtutem, nam etiam semideos feris fuisse impares.

62. **nonne vides:** cf. Lucret. II. 196; Verg. Georg. I. 56.

63. **semideos:** heroes, ut sequentes versus docent.

Versus 63—66 in codice A corrupte traditi sunt: nonne vides veterum quos prodit fabula rerum / semideos — illi aggeribus temptare superbis / † iret freta † matres ausit trectare deorum, / quam magna mercede meo sine munere silvas / impulerint?

Ex coniecturis eligam tantum veri similiores.

Nonnulli, inter quos vir doctus Curcio, textum sanari emendatatione simplicissima putant, si pro „*iret freta*" *ire freta* ‹*et*› scribatur, quod ad Argonautas pertineat. Ab his viris doctis dissentio tres ob causas:

1. *temptare* flagitat *obiectum,* cf. Horat. Carm. I. 28. 5 *aerias tentasse domos,* Epist. I. 17. 34 *attingit solium Iovis et caelestia tentat;* Nemesian. 35 *ardua mundi / .. male tentantem .. Phaethonta;* Ovid. Met. I. 151 sqq. *neve foret terris securior arduus aether, / adfectasse ferunt regnum caeleste gigantes.*

2. *ire freta* pro *navigare mare* vereor, ut Latine dicatur.

3. inter duo quae hic nominantur scelera contra Deos commissa mentionem fieri Argonautarum expeditionis maritimae admodum mirum.

Vollmerus textum corruptum emendare conatur scribendo: *illi aggeribus temptare superbis / sidera et ad matres ausi trectare deorum, ad trectare* tmesi in duas partes dividi sumens; mihi tamen haec tmesis durissima videtur. In Hauptii coniectura *illi aggeribus temptare superbis / aethera et ah matres ausi* ‹*a*›*ttrectare deorum* interiectio *ah* vehementer displicet. Ego ad meam coniecturam defendendam confero Propert. II, 1. 20 *ut caeli Pelion esset iter.*

aggeribus: montibus, cf. Verg. Aen. VI. 833 *aggeribus socer Alpinis atque arce Monoeci / descendens*

matres... attrectare deorum: *(ausi) attrectare* sic utique emendandum est pro *ausittrectare*; iam Hauptius docuit *a* litteram saepius excidisse, vs. 2 *dian*, 128 *plurim*, 205 *inventur*, 357 *pur*, cf. Schenklium, zu Grattius, p. 424. Poeta de *Aloadis* venatoribus cogitat, cf. Apollod. I. 7. 4, qui postquam dixit eos montibus exaggeratis caelum conscendere ausos esse ita pergit: ἐμνῶντο δὲ Ἐφιάλτης μὲν Ἥραν, Ὦτος δὲ Ἄρτεμιν.

65. **silvas / impulerint:** cf. vs. 3.

66. Sequuntur exempla eorum, qui, quamquam armati erant, (cf. vs. 68 *geminisque securibus ingens*) *artem* ignorabant et eam ob causam perierunt, cf. quae ad vs. 2 adnotavi.

Adonin: Adonis, Veneris deliciae, percussus est ab apro in monte Idalio, cf. Propert. II. 13. 53/54 *testis cui niveum quondam percussit Adonem / venantem Idalio vertice durus aper.*

flet... / ... Venus: cf. Bionis ἐπιτάφιον Ἀδωνίδος; 64 δάκρυον ἁ Παφία τόσσον χέει, ὅσσον Ἄδωνις /αἷμα χέει. *Flet adhuc*, inquit poeta, *et porro flebit Adonin victa Venus* „Adonia" respiciens, quod festum Graeci quotannis aestate celebrabant, cf. Theocr. Idyll. 15, Ovid. Metam. X. 713.

67. **ceciditque suis Ancaeus in arvis:** plerique commentatores et editores, inter quos Hauptius et Baehrensius, putabant hic sermonem esse de *Ancaeo Arcade*, de quo Euripides, Meleagr. fragm. 534. 5 (quod fragmentum servavit Macrobius, Sat. V. 18. 17) haec, dicit: πελέκεως δὲ δίστομον / γένυν ἔπαλλ' Ἀγκαῖος, Ovid. Metam. VIII 391 *ecce furens contra sua fata bipennifer Arcas.*

Sic tamen haerebant in verbis *suis in arvis*, pro quo cum Dan. Heinsio *suis in armis* corrigebant: nam Ancaeum, *Arcas* cum esset, ab apro necatum esse in agris *Aetolis*, non in *suis*. Quamquam iam Barthius sciebat *non unum fuisse Ancaeum;* „porro nec illud negligendum" scribit in editione anni 1613 „suis in armis Ancaeum occisum esse, erat enim eius vineae dominus, in quo ab apro interemptus est, vid. Tzetzae scholia ad Lycophron. Cassandram vs. 488".

Loquitur autem Grattius, ut est amans fabularum minus notarum, de *Ancaeo Samiorum rege.*

Legimus enim apud Zenobium, proverb. (coll. Milleri 2. 96; Mel. p. 368) πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος· .... Ἀριστοτέλης δέ φησιν Ἀγκαῖόν τινα Σαμίων βασιλέα μέλλοντα πίνειν ἀκοῦσαι κραυγὴν περὶ θήραν γενομένην καὶ ἐξελθόντα συμπλακῆναι τῷ συὶ καὶ ἀποθανεῖν· ὅθεν εἰρῆσθαι τὴν παροιμίαν οὕτως, πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου, quibuscum comparanda, quae schol. in Apollon. Rhod. I. 188. p. 315. 16 (Keil) nobis tradidit, quaeque melius quam ceteri scriptores (vid. Aristot. fragm. coll. Val. Rose, 571) verba philosophi servaverunt: Παρθενίης Ἀγκαῖος· Ἀριστοτέλης φησί, τιθεὶς ἐπὶ Ἀγκαίου τὴν παροιμίαν, ὅτι γέγονε φιλογέωργος Ἀγκαῖος καὶ πολλὰς ἐφύτευσεν ἀμπέλους. εἰπόντος δὲ αὐτῷ τοῦ θεράποντος ὅτι θᾶττον ἀποθανεῖται ἢ πίεται ἐκ τοῦ καρποῦ τοῦ ἀμπέλου, Ἀγκαῖος ὡρίμου γενομένου τοῦ καρποῦ τρίψας βότρυν ἐκάλεσε τὸν θεράποντα καὶ εἶπεν, ὡς ἔζησεν μέχρι οὗ καρποφορήσῃ ἡ ἄμπελος καὶ ἔμελλε πίνειν. τοῦ δὲ θεράποντος εἰπόντος „πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου" διηγγέλη αὐτῷ τις σῦς διαλυμαινόμενος τὴν χώραν, ἐφ' ὃν ἐκδραμών, πρὶν πίῃ, ἀνῃρέθη ὑπ' αὐτοῦ.

Recte igitur, ut clarissimus ille Henricus Schenkl (zu Grattius, p. 425. sq.) optime vidit, se habet lectio tradita: *Ancaeus Samius in arvis Samiis* cecidit.

68. **et praedexter erat geminisque securibus ingens:** *et* = *et tamen; praedexter* = περιδέξιος; *geminisque securibus:* haec sumpsit poeta fortasse ex fabula de Ancaeo Arcade, qui ab Ovidio met. VIII. 391 *bipennifer Arcas* appellatur.

69—72. Hi quattuor versus interpretanti difficiliores sunt, nam quia hic locus statim sequitur exempla semideorum artis venaticae imperitorum, idem de Hercule poetam narraturum exspectes: ita Vollmerus locum intellexit, qui post vs. 72 lacunam statuens in apparatu critico haec scripsit: „post vs. 72 deesse versum minime unum significavi, namque sententia sic exire debebat: Hercules quidem in ceteris laudem maximam meruit, at in venationibus suis inutiliter vires profudit, ignarus earum artium quas ego docturus sum; neglegit Stymphalidas ab Hercule sagittis interfectas". Quae quominus assentiamur Vollmero, haec obstant: I non potes dicere Herculem *magna mercede* feras venatum esse quippe qui non, ut Adonis Ancaeusque, contra bestias pugnans ceciderit, sed magnam gloriam ex ferarum caede reportaverit; II non inutiliter vires profudit, cum saepius *arte* usus sit: nam

Nemeaeum leonem necavit *ἐν βρόχοις ἑλών*, ut Euripidis utar verbis (Herc. Fur. 153); de cerva ab Hercule capta legimus apud Diodorum Siculum IV. 13. *ἔλαβε πρόσταγμα τὴν χρυσόκερων μὲν οὖσαν ἔλαφον, τάχει δὲ διαφέρουσαν, ἀγαγεῖν. τοῦτον δὲ τὸν ἆθλον συντελῶν ἐπίνοιαν ἔσχεν οὐκ ἀχρηστοτέραν τῆς κατὰ τὸ σῶμα ῥώμης. οἱ μὲν γάρ φασιν αὐτὴν ἄρκυσιν ἑλεῖν· οἱ δὲ διὰ τῆς στιβείας χειρώσασθαι καθεύδουσαν, τινὲς δὲ συνεχεῖ διωγμῷ καταπονῆσαι· πλὴν ἄνευ βίας καὶ κινδύνων διὰ τῆς κατὰ τὴν ψύχην ἀγχινοίας τὸν ἆθλον τοῦτον κατειργάσατο.*

Aves Stymphalides *sagittis* interfecit, ut ipse concedit Vollmerus. Vides igitur non admodum verisimile esse sententiam ita explendam esse, ut Vollmer vult. Cum tamen aegre desiderem in initio versus 69 coniunctionem adversativam, credo versus 73. 74 transponendos esse post 68, ita, ut versus Herculem laudantes (69—72) novo argumento clarissimoque exemplo artis venaticae confirment utilitatem; mihi igitur poeta Herculis nomen hanc ob causam adferre videtur, ut doceat, quantae gloriae venandi ars etiam viris iam aliunde gloriam adeptis esse possit: ipse Hercules 'ex hac arte decus adeptus est et primum, i. e. praecipuum, honorem.

69. **cultorque feri.... orbis**: terram monstris tyrannisque liberando reddidit agriculturae, cultuique humaniori.

Tirynthius: erat privignus Amphitruonis, regis *Tirynthis* cf. Ov. Fast. I. 547; V. 629.

70. **praeceps ianua Ditis**: cf. Lucret. I. 1112 *ianua Leti;* Verg. Aen. VI. 127 *noctes atque dies patet atri ianua Ditis;* Ditis ianuam *praecipitem* nominat Grattius, quia per eam praecipite via ad inferos descendimus.

71. **passa**: sic scripsi cum Iohnsonio et Henrico Schenkl (zu Grattius, p. 420); Vollmerus lectionem in A traditam *passi* defendit, poetam cogitasse ratus „*di hominesque passi*", sed hoc mihi nimis durum videtur.

73/74. **exige, si qua meis respondet ab artibus, ergo, / gratia, quae vires fallat conlata ferinas**: tecum igitur reputa, num meis ex artibus utilitas proveniat, quae <bello ferino> conlata feras decipiat.

exige: *exigere* significat „ad perpendiculum vel ad libram

examinare", perpendere, secum reputare, cf. Cic. Verr. II. 1. 5 *nisi forte vis ad perpendiculum columnas exigere*, Plin. XXXVI. 25. 63 *materia crassitudine bipedali ad regulam et libellam exigitur;* Mart. VII. 28 *exige, sed certa, quos legis, aure iocos*; Ovid. Metam. X. 586 *dum talia secum / exigit Hippomenes, passu volat alite virgo.*

si: = num, cf. Propert. II. 3. 5 *quaerebam, sicca si posset piscis harena / nec solitus ponto vivere torvus aper.*

respondet: *respondere* saepius = *operam rependere*, cf. Columell. III. 2: *nam illam* (sc. aminea) *nisi praepingui non respondere iam dictum est;* Sen. Epist. 23. 5; ut *respondent* agri, cum fructus reddunt, sic ab arte venandi „gratia" *respondet.* Falso Sternius vertit: ‚erwäge daher, ob in Betreff meiner Künste ein Nutzen *denselben entspreche;* neque recte Curcio: *respondet* = „deriva".

gratia: utilitas, cf. Manilium. IV. 441. *nec parva est gratia nostri / oris, si tantum poterit signare canenda;* apud Grattium *ingratus* = *inutilis*, vs. 33. Confer etiam versum 380 *et nostra quidem redit usus ab arte.*

meis... ab artibus: coniunge cum voce *gratia* = utilitas ab arte venandi <rediens>.

conlata: varie, neque tamen recte hoc vocabulum explicatur. Languet enim Barthii interpretatio: „in medium data et communi usui praestita", etiam infelicior Sternii: „pondera igitur, num meis ex artibus utilitas et tutela proveniat, quae conferri i. e. comparari possit ferinis cum viribus, ita ut fallat illas.

Quomodo *conlata* hic accipiendum sit, apparet ex Livio, XXI. 1. 2 *haud ignotas belli artes inter sese, sed expertas primo Punico conferebant bello.* Verte igitur: „exige, si quae artis meae utilitas sit, quae, si bello conferatur, feras fallere possit." Sic Vollmerus quoque locum intelligere videtur, cum in apparatu critico adnotet: *collata* sc. bello ferino.

De retibus.

24 sqq. Versus 24 inter difficillimos habendus est totius nostri carminis. Si quis indagare vult, quomodo poetae verba hic edenda sint, simul versum praecedentem et eum qui sequitur accuratius examinet necesse est. Exscribamus ergo tres illos versus ita, ut in codice A traditi sunt.

23 carmine et arma dabo et venandi persequar artis
24 armorum casses plagiique exordiar estis
de retibus conficiendis
25 Prima iubent tenui nascentem iungere filo
26 limbum

Vulgo versum 24 cum versu 23 coniungendum esse rati textum sic constituunt:

23 carmine et arma dabo *venanti et* [1]) persequar artis
24 armorum: casses plagiique *exordiar astus.* [2]).
25 Prima iubent tenui nascentem iungere filo
26 limbum

Quamquam Vlitii coniectura defendi potest comparato versu Ovidii (ex Ponto IV. 16. 34) *cum... aptaque venanti Grattius arma daret*, tamen complura obstant, quominus sic textum constituamus.

Primum versus 23, qualem codices exhibent, pulchre prooemium claudit; neque exspectamus versum augeri voce *armorum.*

Praeterea, si versu 24 *exordiar astus* scribimus versumque 25 a praecedenti separamus, molestissimum est vocabulum *prima*, id quod optime perspexit Vollmerus (Musée Belge 1898. p. 232). Qui sic disputat: „Quid sibi vult illud *prima*? Pro adverbio ut videtur sumitur, sed ego nego hunc usum esse Latinum. At Valerii Flacci versum primum adversarii proferunt. Non recte. Ibi enim *prima* pertinet usu noto ad *freta.* [*prima deum magnis canimus freta pervia natis*, cf. Argonautica, VI. 686; Sil. Italic. Punic. IV. 167]; sed ne longior sim: *prima* etiam a Grattio bene positum est, exstat enim substantivum quocum iungatur, nondum tamen repertum est ab editoribus" Deinde textum sic constituit:

24 armorum casses plagiique exordia restes [3])
25 prima iubent tenui nascentem iungere filo
26 limbum

Versus 24-25 igitur sic interpretandi sunt: „casses, armorum <exordia>, et restes, plagii exordia prima, iubent tenui filo limbum iungere"; quae audacter quidem, sed simul ingeniose dicta sunt; nam poeta hoc sibi vult: „si quis casses, quae primum locum armorum obtinent, et restes, cassium exordia, exordiri vult, ei primum tenui filo limbus iungendus est". Vocabulum autem *exordia* et cum *armis* et

---

[1]) Sic Vlitius pro *et venandi*; [2]) sic Aldina pro *exordiar estis.* [3]) non necesse est *restes* scribere, cum *restis* nom. plur. esse possit, cf. Varro LL. VIII, 66; Sommer, Handbuch, p. 416.

cum *cassibus* iunctum recte se habet, nam *exordium* proprie de *tela* adhibetur quam *textores* ordiri coeperunt, cf. Quintil. V. 10. 71 *non possum togam praetextam sperare, cum exordium pullum videam;* apud Catonem de R. R. 136 *funem exordiri oportet eqs.*

Quamquam haec interpretatio mihi vera videtur, non tamen nego eam satis duram esse, quapropter fuit, cum conicerem vocabulum *armorum* non poetae manu esse scriptum, sed hanc fuisse veram horum versuum formam:

nexurum casses plagiique exordia, restis,
prima iubent tenui nascentem iungere filo
limbum...

Vitium mihi tum sic ortum videbatur, ut supra initium versus 24, ubi poeta de *armis* agere incipit, scriberetur *arma*, quod priorem vocis *nexurum* partem expelleret. Si sic corrigamus, subiectum verbi *iubent* habendi sint *viri artis venandi periti*, cf. vs. 58 *vetant*. Commemoravi coniecturam eorum causam, quibus interpretatio textus traditi nimis videtur dura.

24—33. Ut locus, quem nunc enarraturi sumus, ab omnibus partibus perspicuus fiat, paulo fusius de retibus eorumque usu agemus.

Usum retium perantiquum esse novimus. Aegyptii retibus aves captabant (cf. Wilkinson, Manners and Customs III, p. 37), Assyrii cervos damasque (Place, Ninive et l'Assyrie, tab. LVI, 1). In vase Vaphionis taurus ferus depingitur rete captus, quod inter duas tentum est arbores, cf. Perrot et Chipiez, Hist. de l'art, VI tab. XV, fig. 369.

Etiam Homero retia nota sunt, cf. Il. V. 487 *μή πως ὡς ἁψῖσι λίνου πανάγροιο Fαλόντες / ἀνδράσι δυσμενέεσσιν ἕλωρ καὶ κύρμα γένησθε.*

Apud Pseudo-Xenophontem, antiquissimum harum rerum fontem, quattuor memorantur genera retium: Cyneg. 2, 4—8 *ἄρκυς, ἐνόδια, δίκτυα,* quae ad lepores captandos adhibentur; *quarto genere* (Cyneg. 10, 2) firmiore quam illa venatores utuntur ad apros captandos.

„In hunting", inquit v. d. Yates, Textrinum Antiquorum, I p. 414, „it was usual to extend nets in a curved line of considerable length (cf. Oppian. Apam. Cyn. IV, 120—123), so as in part to surround a space, into which the beasts of chase, such as the boar, the wild goat, the deer, the hare, the lion, and the bear might be driven through the opening left on one side."

Conabimur nunc singula retium genera accuratius describere.

a. *Ps-Xenophon* *ἄρκυν* describens (6. 7) et alia dicit et haec

ἐπαίρων εἰς μέσον τὸν κεκρύφαλον (Germanice „den in der Mitte aufzuziehenden Netzsack gleichmäszig sprieszend"), quibuscum comparanda sunt *Pollucis* verba: (V. 27) αἱ δέ ἄρκυες τούτων μὲν ἐλάττους εἰσι τοῖς μεγέθεσι, κεκρυφάλῳ δ' ἐοίκασι κατὰ τὸ σχῆμα, εἰς ὀξὺ καταλήγουσαι, quae haud dubie e Xenophontis loco excerpta sunt. Exstat praeterea glossa apud *Hesychium* ἄρκυς μεσάγκυλος καὶ γυναικεῖος κεκρύφαλος. Adferenda alia quoque, quae legimus apud Pollucem (V. 31) κεκρύφαλος δὲ ἄρκυος ἡ κοιλότης.




CASSIS.
Patera Capuana, Arch. Zeit. 1881, tab. V.

Ut hi loci melius intelligantur, cito ea quae vir doctus James Yates (Textrinum Antiquorum, I, p. 427, London, 1843) ad Xenophontis locum 6. 7 interpretandum scripsit: „it is evident that this kind of net was made with a bag, being the same which is now called the *purse*-net, or the *tunnel-net,* and that the aim of the hunters was to drive the animal into the bag, that the watchman (ἀρκυωρός, Pseudoxen. Cyneg. 2. 3; 6. 1) waited to see it caught there".

Ἄρκυν fuisse partem ἐνοδίων et δικτύων conicit v. d. I. G. Schneider in epimetro de usu ἄρκυος quod eius editioni Pseudo-Xen. Cyn. additum est. Apud Grattium quoque *cassis* pars *retis* est. Etiam *vasculi* nos in hisce rebus investigandis adiuvare possunt. Quae fuerit ἄρκυος forma, videmus ex imaginibus sequentibus.

Ad *sinum* (κόλπον) τῆς ἄρκυος extendendum intus utrinque ramis fulcitur, quod discimus ex Pseudo-Xenophontis loco (10. 7) τῆς δ'ἄρκυος αὐτῆς μακρὸν προήκοντα κόλπον ποιεῖν, ἀντηρίδας („Sprieszen"), ἔνδοθεν ἑκατέρωθεν ὑφιστάντα κλῶνας, ὅπως ἂν εἰς τὸν κόλπον διὰ τῶν βρόχων αἱ αὐγαὶ τοῦ φέγγους ὡς μάλιστα ἐνέχωσιν, ἵνα προσθέοντι ὡς φανότατον ᾖ τὸ ἔσω.


1


2


3


4


5


6

1. Catillus figlinus ruber; Arch. Zeit. p. 33, 34.
2. Ampulla Protocorinthia, Arch. Zeit. 1883, tab. X. 2.
3. Ampulla Protocorinthia, Mélange Perrot, pl. IV.
4. Tripus Tanagraeus, Arch. Zeit. 1881, tab. IV.
5. Patera Capuana, Arch. Zeit. 1881, tab. V.
6. Operculum vasculi nigri fig. Athen. Mitt. 30 (1905), p. 410.

Os (cf. Gratt. v. 28) *sinus* circumdabatur *fune*, cui nomen περίδρομος (6. 9); ad quam rem ille funis utilis fuerit, docet Senecae locus, Agam. 884 sqq.

> at ille, ut altis hispidus silvis aper,
> cum *casse* vinctus tentat egressus tamen
> *arctatque motu vincla*, et incassum furit,
> cupit fluentes undique et caecos *sinus*
> disicere et hostem quaerit *implicitus* suum,

quod recte statuit v. d. *James Yates* (Textrinum Antiquorum, I, London, 1843, p. 421) hisce verbis: „a rope ran round the mouth of the bag and was drawn tight by the impulse of the animal rushing in so as to prevent its escape."

De magnitudine ἀρκύων nos docet Xenophon (Cyn. 2. 4.) haec: ἔστωσαν δ' αἱ μὲν ἄρκυς ἐννεάλινοι, τὸ δὲ μέγεθος πενταςπίθαμοι (1 M. 15), διπάλαιστοι δὲ τοὺς βρόχους (0 M. 15). Quaeritur quomodo hoc loco vox μέγεθος accipienda sit, utrum „magnitudo" ad *perpendiculum*, an ad *libram* metienda sit; recte statuit Mann-

sius (über die Jagd bei den Griechen, Cassel 1890, III, p. 9), longitudinem, non altitudinem significari.

Ἄρκυς apud Romanos *cassis* vocatur, cf. Ov. Art. Am. I 392 *non bene de laxis cassibus exit aper;* vox *laxus* („geräumig") quid sibi velit ex iis quae supra disputavimus apparet, Martial. III, 58. 28 *aut impeditam cassibus refert dammam;* Isidor. Orig. XIX. 5. Sed de vocabulis ad artem venandi pertinentibus quibus scriptores Romani utuntur prudentissime scribit vir doctus Pottier (Daremberg et Saglio sub voce *rete*, p. 851): „chez les auteurs latins les termes gardent le plus souvent un sens général." Tria genera retium commemorat Nemesianus, Cyneg. 299—302 *necnon et casses idem venatibus aptos / atque plagas, longoque meantia retia tractu / addiscant raris semper contexere nodis / et servare modum maculis, linoque tenaci.*

b. δίκτυον, „rete" (cf. Verg. Bucol. 3. 75; Georg. I. 307; Ov. Ars am. I. 45), Germanice „das lange Jagdzeug"; solebant Antiqui locum aliquem retibus tanquam saepi circumdare, cf. Aelian. Hist. An. XII. 46, τὰ μὲν δίκτυα περιβάλλουσι, Verg. Aen. IV 121, *dum trepidant alae saltusque indagine cingunt;* de Cumanis plagis loquens Plinius (N. H. XIX 11.) narrat: *vidimus iam tantae tenuitatis ut anulum hominis cum epidromis transirent uno portante multitudinem qua saltus cingerentur (nec id maxime mirum, sed singula earum stamina centeno quinquageno filo constare);* cf. Oppian. Apam. IV. 120 πεζοὶ δ' ἐκτανύσαντο λίνοιο περίδρομον ἕρκος.


c. ἐνόδιον, German. „Wegnetz", Anglice „road-net". τὰ δὲ ἐνόδια, inquit Pseudoxenoph. Cyneg. 2. 5, δωδεκάλινα, . . . τὸ δὲ μέγεθος τὰ μὲν ἐνόδια διώρυγα (3 M. 70), τετρώρυγα (7 M. 40), πεντώρυγα (9 M. 25). „The road-net" legimus apud v. d. Yates (p. 422), „was comparatively small; it was placed across any road, or path, to prevent the animals from pursuing that path: it must have been used to stop the narrow openings between bushes", cf. Pseudoxenoph. Cyn. 6. 9.

A Romanis *plaga* vocatur, cf. Hor. epod. II. 31. 32 *aut trudit acres hinc et hinc multa cane / apros in obstantes plagas;* Lucret. V. 1250 *nam fovea atque igni prius est venarier ortum, / quam saepire plagis saltum canibusque ciere.*

d. De quarto genere cassium ad apros captandos aptorum legimus apud Pseudoxenophontem (C. 10. 2): αἱ δὲ ἄρκυς λίνων μὲν τῶν αὐτῶν ὧνπερ αἱ τῶν λαγῶν, ἔστωσαν δὲ πεντεκαιτετταρακοντά-

λινοι ἐκ τριῶν τόνων, ἕκαστος δὲ τόνος ἐκ πεντεκαίδεκα λίνων, ἀπὸ δὲ τοῦ κορυφαίου τὸ μέγεθος δεχάμματοι, τὸ δὲ βάθος τῶν βρόχων πυγόνος (37 cM.)· οἱ δὲ περίδρομοι ἡμιόλιοι τοῦ τῶν ἀρκύων πάχους.

Maculae (οἱ βρόχοι, βροχίδες), in quas animal se involvebat,



a. περίδρομος des ersten Netzes.
b. " " " zweiten "
c. ἀκρωλένια
d. δύσορμον
e. σαρδόνες

Ex libello Mannsii „Über die Jagd bei den Griechen", III.

dum liberare sese conatur, quadrangulae erant, cf. Polluc. V. 28 ἔστι δὲ ὁ βρόχος τὸ συνεχὲς ἐν τοῖς δικτύοις τετράγωνον διάστημα συνεστηκὸς ἐκ τεττάρων ἁμμάτων, ὃ τεινομένης τῆς ἄρκυος γίγνεται ῥομβοειδές. Macularum partes extremae hanc formam habentes > (vid. figur.) ἀκρωλένια vocantur, cf. Polluc. V. 29 ἔστι δέ τι ἄρκυος μέρος καὶ ἀκρωλένια, ὅπερ ἐστὶ τὰ πέρατα τῶν ἀρκύων,

ἃ οἱ μὲν κράσπεδα, οἱ δὲ πτερύγια ὠνόμασαν. His ἀκρωλενίοις adduntur *laquei* („Schleifen", Batave „lussen") quos Ps.-Xenophon μαστούς nominat (2. 6), aut *anuli*, qui apud eundem δακτύλιοι vocantur; loco laudato enim apud eum legimus haec: ἐν δὲ τοῖς ἀκρωλενίοις τὰ μὲν ἐνόδια ἐχέτω μαστούς, τὰ δὲ δίκτυα δακτυλίους; quibus addantur, quae alio loco tradit idem scriptor (10. 2): casses aprorum ἐπ' ἄκροις δακτυλίους ἐχέτωσαν.

Μαστοί, inquit Pollux. V. 29, κύκλῳ ἐκ λίνων πλέγματα τοῖς ἀκρωλενίοις προσπεπλεγμένα, . . . δακτύλιοι κατὰ ταὐτὰ μὲν τοῖς μαστοῖς τὸ σχῆμα ἔχοντες, κρίκοι (anuli) δὲ αὐτοῖς σιδήρου πρόσεισιν.

Per hos μαστούς et δακτυλίους duo retia inter se coniunguntur (συνάγειν τὰ ἀκρωλένια, cf. Ps. Xenoph. 6. 9).

Per maculas superiores et inferiores, quarum quaeque tribus nodis fingitur, quaeque σαρδόνες vocari videntur, trahuntur περίδρομοι (ὑφιέναι τοὺς περιδρόμους Ps. Xen. 2. 4) quibus rete contrahi aut extendi possit. Commemorat Pseudo-Xen. etiam ἐπιδρόμους (6. 9) i. e. *funes per maculas superiores tractos* τὰ δὲ δίκτυα τεινέτω ἐν ἀπέδοις, ἐμβαλλέτω δὲ τὰ ἐνόδια εἰς τὰς ὁδούς, καὶ ἐκ τῶν τριμμῶν εἰς τὰ συμφέροντα, καθάπτων τοὺς περιδρόμους ἐπὶ τὴν γῆν, τὰ ἀκρωλένια συνάγων, πηγνύων τὰς σχαλίδας, μεταξὺ τῶν σαρδονίων ἐπὶ ἄκρας ἐπιβάλλων τοὺς ἐπιδρόμους καὶ παράδρομα συμφράττων, quae v. d. Dörner (Xenophon's Werke, Stuttgart 1871) Germanice ita vertit: „Die Stellnetze richte er an ebenen Oertlichkeiten; die Wegnetze aber stelle er an den Wegen und vor den Steigen an die Stellen wo [die Spuren] zusammenlaufen, indem er die Unterleinen am Boden fest macht, die Netzwechsel verbindet, die Stellstangen einsteckt, zwischen den Saummaschen oben auf dieselben die Oberleinen hebt und die Nebenwege absperrt". Pollux quoque V. 29 dicit τοὺς περιδρόμους a nonnullis ἐπιδρόμους vocatos esse.

24. **plagiique:** *plagium* alibi non exstat, sed apud Isidorum, Origin. lib. XIX. 5, 1. legimus *minus autem rete synplagium dicitur a plagis; nam proprie plagas dici funes illos quibus retia tenduntur circa imam et summam partem.*

25. **tenui nascentem iungere filo / limbum:** *limbum* qui nascitur e filo tenui torquere; *limbus* = τόνος (Batave: *zoomdraad*), cf. Pseudoxenophontem Cyn. 10. 2, Polluc. V. 27. *Limbos* igitur Grattius fila linea nominat ex quibus fingitur *limbus* (= zoom).




Fig. 1 Fig. 2

Ex libro, qui inscribitur „Ancient statues at Ince-Blundell (in Lancashire), vol. II pl. 89, 126". = Textr. Antiquorum by Yates I, London 1843, tab. XVI.

26. **quadruplicis tormento adstringere limbos:** *tormento* dat. finalis = „ut fiat funis" (Vollmer); *tormentum* enim est *funis tortus*, cf. Isidorus XIX. 44.

Hunc versum imitatus est *Angilbertus* (Dümmler, P A C. I. 370 *retia quadruplici coniunctaque linea limbo*, ut vidit H. Schenkl.

27. **illa operum patiens, illa usus linea longi:** ea linea (quae Graece, ut supra vidimus, περίδρομος appellatur) operi venatico apta diuque utilis est, quae conficitur ex quattuor limbis ex tenuibus lini filis tortis.

Talis linea firmissima sit necesse esse apparet, si nobiscum reputamus cassem ad apros captandos idoneum ex tribus tantum confici limbis (ἐκ τριῶν τόνων). Spissus firmusque περίδρομος ille optime conspicitur ex figura 1.

operum patiens: cf. Verg. Georg. II. 472 *et patiens operum exiguoque adsueta iuventus.*

28—30. Hi versus facile explicantur iis quae supra de *casse* disputavi; recte igitur locum intellegit v. d. Curcio: „la *rete* avrà nel suo mezzo un foro, dal quale partirà un *sacco* della forma di un imbuto o di un bertuello".

28. **ore:** cf. pag. 20.

29. **per senos circum usque sinus:** *sex* igitur *partes* marsupium habebat. Quid vox *sinus* hoc loco significet, incertum; „sei sacchi l'uno dentro l' altro" interpretatur v. d. Curcio, ut ante eum Wase philologus Britannus, qui *six tunnels* vertit. „At cassis unam tantum cavitatem habebat, quam Grattius *tergum* vocat", ut Iohnsonii verbis utar.

Confer etiam Senecae locum (Agamemn. 887) supra citatum: *cupit* <fera> *sinus* <cassis> *disicere.* Bene igitur Iohnsonius *pannels* (= panels) intelligit; i. e. singulas partes concavas, ex quibus *cassis* constat; vocabula *circum usque* argumento sunt „sinus" ita coniungendos esse, ut saccus *concavus* oriatur.

Fortasse figura 6 pag. 20 *sinus* illos exhibet; ibi enim cernimus cassem *cervis* (cf. *si quisquam est plurimus hostem*) capiendis aptum.

laqueabis: verbum admodum rarum, cf. Manil. V. 660 *extentis laqueare profundum / retibus;* Iuvenc. Hist. Evang. I. 523.

29—30. **ut omni / concipiat tergo si quisquam est plurimus hostem:** recte sprevit Vollmerus Sannazari coniecturam *omnem* pro *omni;* trahit enim *tergo* ἀπὸ κοινοῦ ad *omni* et *plurimus. Tergum* enim pro *utre* adhibetur, cf. Ov. Metam. XIV. 225 *(ventos) bovis inclusos t e r g o*, Verg. Aen. X. 784 *linea terga.* **si quisquam:** = *etsi quisquam*, cf. Plaut. Mil. Glorios. 631 *si álbicapillus híc, videtur ne útiquam ab ingenió senet.*

plurimus: = *maximus*, cf. Ov. Met. VIII. 583 *quantusque feror, cum plurimus unquam, tantus eram*, Verg. Georg. II. 182 *indicio est tractu surgens oleaster eodem / plurimus*; III. 52.

hostem: feram, cf. Ovid. Metam. VIII. 403 *ibat in adversum proles Ixionis h o s t e m / Pirithous nuda quatiens venabula dextra.*

31. 32. His versibus non de *casse*, sed de *rete* sermo est, quocum cassis coniunctus est; recte igitur Barthius primum versus 31 vocabulum *et* mutavit in *at.*

Longitudo retis sit *quadraginta passus* = ± 60 M. Haec optime congruunt cum Pseudoxenophonte, qui de longitudine retium haec scribit (Cyn. 2. 5): τὰ δὲ δίκτυα δεκώρυγα (18 M. 50), εἰκοσώρυγα (37 M.), τ ρ ι α κ ο ν τ ώ ρ υ γ α (55 M. 50) · ἐὰν δ' ᾖ μείζω, δυσμεταχείριστα ἔσται. Si numeros 55 M. 50 et 60 M. nobiscum reputamus, intelligimus, cur Nemesianus retia (Cyneg. 300) *longo meantia tractu* dicat, vid. figuram 1, p. 24.

Altitudinem retis Grattius ita exprimit, ut rete velit consurgere

decem plenis nodis. Vox *plenis* monet hic cogitandum esse de *maculis*, neque igitur comparandum Pseudoxenoph. Cyn. 10. 2 (de cassibus) ἀπὸ δὲ κορυφαίου τὸ μέγεθος δεχάμματοι. Maculae quantae τὸ βάθος sint, Grattius non docet; apud Pseudo-Xenoph. 2. 5 maculae (retium) διπάλαιστοι sunt = 15 cM.; rete igitur nobis 1.5 M. altum fingere possumus; neque tamen obliviscendum est modum macularum aliis temporibus alium fuisse. Eandem altitudinem retis postulat vir doctus Manns apud Pseudo-Xenophontem (Ueber die Jagd bei den Griechen III. p. 9), cuius verba hic adferre me iuvat: „Zur Angabe der Höhe dient bei Xenophon die Angabe der Knotenzahl in einer Maschenreihe, denn diese meint er jedenfalls, wenn er verlangt die Netze sollten dreissigknotig sein (Cyn. 2. 5); eine von 30 Knoten gebildete Reihe enthält aber 10 Maschen (cf. figur. p. 22) und da auch hier die Maschen 15 cM. massen, so ergiebt dies eine Netzbreite von 1.5 M. Diese Berechnung hat deshalb grosse Warscheinlichkeit für sich, weil die ermittelte Höhe vollauf dem Zwecke entspricht. Denn hier handelt es sich einerseits ausschliesslich um Netze für den Hasenfang. Anderseits durfte man die Breite der Netze nicht über das ausreichende Mass ausdehnen, da dadurch zugleich der Transport für die Träger ganz unnötiger Weise erschwert wurde."

Vocabulum *nodus* etiam apud Manilium V. 665 *maculam* significat: *luctantur corpora* (sc. thynnorum) *n o d i s*, ubi v. d. Breiter bene adnotat: „sie suchen die Maschen zu durchbrechen."

bis vicenos... passus: inter numeralia versui dactylico non apta sunt *duodecim* et *quattuordecim;* alia, ut *ducenti, trecenti, duodeviginti* certis tantum hexametri locis inseri possunt; alia dactylici vitabant, quamquam metrica necessitate non cogebantur, ut *viginti, quattuor, sex, octo, novem, decem, triginta, quadraginta, sexaginta, nonaginta, centum, duo milia.*

De vocabulo *quadraginta* legimus apud Seibelium („Quibus artificiis poetae Latini numerorum vocabula difficilia evitaverint", Frisingae, 1909): „reperitur forma *quadraginta* solum apud Lucilium XVI 526 et in pentametro Catulli 115.2, qui syllabam ultimam elidit. Ter legimus in carminibus Ovidi *quadraginta* mutatum. Cuius altera pars est semper forma distributivi *deni,* cum dactylici haud nimis ament in circumeundo cardinale *decem.* Et alterum vocabulum *quater* aptissimum ad metrum dactylicum ita collocat, ut altera syllaba sit pars prioris, altera caput posterioris dactyli. In fast. VI. 257 invertitur collocatio elegantiae causa. Arte circumeundi ab

iis locis differt Grattii ratio qui mutavit forsitan hac sola causa, quod iam stili epici est proprium numeros circumire".

33. **ingrati maiora sinus impendia sument:** *ingrati* i. e. inutiles (cf. vs. 73. 74) sunt ii sinus, qui maiora impendia postulant, cf. Pseudoxenophon 2.5 *ἐὰν δὲ ᾖ μείζω* (sc. *τὰ δίκτυα*), *δυσμεταχείριστα ἔσται*. *Sinus* hic non *marsupium*, sed *retia* significant, partem igitur pro toto.

De linorum genere.

34. Quibus locis linum crescat, narrare incipit poeta.
Cinyphiae paludes: flumen *Cinyps* commemoratur ab Herodoto IV. 175 *διὰ δὲ αὐτῶν* (sc. per Macas) *Κῖνυψ ποταμὸς ῥέων ἐκ λόφου καλευμένου Χαρίτων ἐς θάλασσαν ἐκδιδοῖ;* hodie Cinyps *Wadi Quaam* (Uadi el Ka'am) appellatur. Fluebat flumen inter utramque Syrten, (cf. Plin. N.H. V. 27), quae regio propter fertilitatem terrae optimum linum producebat. *Cinyphiae segetis* mentionem facit Ovid. Ex Pont. II. 7. 25 *Cinyphiae segetis citius numerabis aristas*. Ps.-Xenophon de lino *Carthaginiensi* loquitur, Cyn. 2. 3. *τὰς δὲ ἄρκυς Φασιανοῦ ἢ Καρχηδονίου λεπτοῦ λίνου.* Tota igitur ea regio linum produxisse videtur.
ne quid cunctere: ne quid dubites.

35. **Aeolia de valle Sibyllae:** iure sprevit Vollmer Salmasii coniecturam *Aeoliae de valle Sibyllae* cf. etiam v. 128: *Threiciis... vallibus Hebri*. Cum nostro loco conferendus Plinius XIX, 10: *est sua gloria et Cumano* (sc. lino) *ad piscium et alitum capturam. Eadem et plagis materia. Neque enim minores cunctis animalibus insidias quam nobismet ipsis lino tendimus. Sed Cumanae plagae concidunt apros et hi casses vel ferri aciem vincunt.* **Aeolia vallis:** Cumae Aeoliensium colonia erat, cf. Scymnus Chius (Periegesis, 238):

Κύμη, πρότερον ἣν Χαλκιδεῖς ἀπῴκισαν/ εἶτ Αἰολεῖς.

Plagas Aeolias i. e. Cumanas, etiam Horatium commemorare nonnulli non recte credunt, cf. Epist. I. 18. 45/46 *quotiensque educet in agros / Aetolis* [Vlitius *Aeoliis*] *onerata plagis iumenta canesque.*

36. **et aprico Tuscorum stuppea campo / messis:** *stuppeam messem* proventum lini vocat.

38. **cultor:** Tibris Latium fecundum reddit, cf. Claudian. de rapt. Pros. III. 373 *Apollinei nemoris nutritor Orontes.*

opaca silentia: Tiberim per loca arboribus opaca tacite labi legimus apud Verg. Aen. VIII. 31. 32 *huic deus ipse loci fluvio Tiberinus amoeno / populeas inter senior se attolere frondes*, VII. 37... *laetus fluvio succedit opaco;* Ov. Metamorph. XIV. 447 *lucosque petunt, ubi nubilis umbra / in mare cum flava prorumpit Thybris harena.*

40. **nostris... Faliscis:** *nostris:* nostratibus, cf. Prolegom. p. 1.

inbellia lina: non apta bello ferino: vestimenta ex iis fiebant, cf. Sil. Italic. IV. 223 *induti sua lina Falisci.*

41. **Hispanique alio spectantur Saetabis usu:** sic edidimus, at in A *Sa&tabes* legitur.

Si textus recte traditus est — id quod putat Vollmerus — Grattius *Saetabes* pro populi nomine adhibuisse videtur. Aliis tamen locis de *urbe*, non de *populo* eius nominis sermo est, cf. Strabon. III. 9 (160) Σαιτάβιος πόλεως.

Plin. H. N. XIX. 9 *similiter et in Italia regione Alliana inter Padum Ticinumque amnes ubi a Saetabi tertia in Europa lino palma.*

Sil. Italic. III. 377 *Saetabis et telas Arabum sprevisse superba / et Pelusiaco filum componere lino.*

Catull. 12. 14 *nam sudaria Saetaba ex Iberis / miserunt mihi muneri Fabullus / et Veranius.*

Quare Is. Vossius ad Catull. locum cit. *Hispanaeque... Saetabis* coniecit; subaudiendum tum *lina;* vir doctus H. Schenkl (Zu Grattius, p. 423) *Saetabis* scribens *Hispanique* defendit, quod *Saetabis* hic de flumine dici putat.

De Hispania loquens, Plinius (XIX. 10) *et Hispania citerior,* inquit, *habet splendorem lini praecipuum, torrentis in quo politur natura, qui alluit Tarraconem. Et tenuitas mira, ibi primum carbasis repertis. Non dudum* (post Grattii aetatem) *ex eadem Hispania Zoelicum venit in Italiam, plagis utilissimum. Civitas ea Callaeciae et Oceano propinqua.*

Ex quo loco idem discimus atque ex prioribus *Hispaniae linum* tantum non omne *tenuissimum* fuisse *ideoque retibus* conficiendis *minus aptum*, cf. etiam adnot. ad vs. 44.

42. 43. Sententia est haec: „adeo tenuissimum Aegyptiacum linum erat, ut turba sacra Bubastia celebrans eo lino vix velaretur: *Aegyptio lino,* inquit Plinius N. H. XIX. 14, *minimum firmitatis, plurimum lucri.* De sacris Bubasticis confer Herod. II. 59, 60, quo teste ab Aegyptiis Artemis vocabatur *Bubastis* (II. 156). Idem Herodotus II. 60 narrat de viris feminisque sacra celebrantibus: ἐς μὲν νυν Βούβαστιν πόλιν ἐπεὰν κομίζωνται, ποιεῦσι τοιάδε· πλώουσί τε γὰρ δὴ ἅμα ἄνδρες γυναιξὶ καὶ πολλόν τι πλῆθος ἑκατέρων ἐν ἑκάστῃ βάρι· αἱ μέν τινες τῶν γυναικῶν κρόταλα ἔχουσαι κροταλίζουσι, οἱ δὲ αὐλέουσι κατὰ πάντα τὸν πλόον, αἱ δὲ λοιπαὶ γυναῖκες καὶ ἄνδρες ἀείδουσι καὶ τὰς χεῖρας κροτέουσι. ἐπεὰν δὲ πλώοντες κατά τινα πόλιν ἄλλην γένωνται, ἐγχρίμψαντες τὴν βᾶριν τῇ γῇ ποιεῦσι τοιάδε· αἱ μέν τινες τῶν γυναικῶν ποιεῦσι τάπερ εἴρηκα, αἱ δὲ τωθάζουσι βοεῦσαι τὰς ἐν τῇ πόλι ταύτῃ γυναῖκας, αἱ δὲ ὀρχέονται, αἱ δὲ ἀνασύρονται ἀνιστάμεναι. Hic locus explicat *turbam sonipedem*; vocabulum *sonipes* = *tripudians* illustratur verbo ὀρχέονται apud Herodotum. Saltantes autem manu sistra quatiebant, pede scabilla feriebant.

Lucianus nos docet etiam ferrum plantis subditum esse, ut sonus vividior fieret, cf. σιδηροῦν ὑπόδημα (de Saltatione 83).

Nostro autem versu non solum de sacerdotibus sermo est, quod Stern putavisse videtur, sed etiam de lasciva illa virorum et mulierum turba, de qua et apud Lucan. VIII, 543: *et Pelusiaci tam mollis turba Canopi* legimus, nam et *sacerdotes* Aegypti lineis vestibus utebantur (cf. Herod. II. 37 ἐσθῆτα δὲ φορέουσι οἱ ἱρέες λινέην μούνην, Iuvenal. S. 6. 533, Plin. N. H. XIX. 15) et ii, *qui talibus sacris adsunt,* cf. Apul. Metam. XI. 10. de Sarapidis sacris: *tunc influunt turbae sacris divinis initiatae, viri feminaeque... linteae vestis candore puro luminosi.*

De **Canopo** apud Ammianum XXII, 16, 14 legimus: *amoenus impendio locus et deversoriis laetis exstructus, auris et salutari temperamento perflabilis: ita ut extra mundum nostrum morari se quisquam arbitretur in illis tractibus agens, cum saepe aprico spiritu inmurmurantes audierit ventos,* quae maxime idonea sunt ad illustrandam vocem *aestivi* (Canopi), pro quo Salmasius perperam *festivi* reponere volebat, cf. Claudian in Ruf. 2. 185: *aestivum Nilum.*

operata: „rem divinam faciens", cf. Prop. II, 28. 45: *ante tuosque pedes illa ipsa operata sedebit;* Ov. am. II, 13, 17 *saepe tibi sedit certis operata diebus;* Ov. Met. VII, 746; Verg. georg.

I, 338 *atque annua magnae / sacra refer Cereri laetis operatus in herbis;* Horat. Od. III, 14. 5: *unico gaudens mulier marito / prodeat iustis operata divis;* Tib. II, 5, 95: *tunc operata deo pubes discumbet in herba;* Tib. II, 1. 9: *omnia sint operata deo;* cf. de voce *operatus* Postgatii disputationem Journ. of Philol. 26, p. 314.

44. 45. Quod Plinius (XIX, 10) de lino Hispaniensi dicit, cuius splendorem praecipuum laudat, id de Aegyptiaco quoque dici potest: candidum est, quod tamen facit, ut inutile sit venatoribus, sic enim „ostendit longe fraudem"; nam „*quae nimis apparent, retia vitat avis*" (Ov. Rem. Am. 516). **exterruit:** pro aoristo, cf. vs. 85 *aluit*, 89 *fuit*, 92 *clausit*, 204 *cucurrit*, 417 *miscuit;* **inerti:** venationi inutili, cf. Ov. Met. XII, 361: *non tamen arbor iners cecidit.*

46. **Alabandius:** incola Alabandae (*Ἀλάβανδα*), Cariae civitatis. Cum Alabanda urbs esset ditissima, cuius cives luxuria effeminata diffluebant (cf. Strabon. XIV, 26 (661) *τρυφητῶν δ' ἐστὶν ἀνθρώπων καὶ καπυριστῶν ἔχουσα ψαλτρίας πολλάς*, Iuven. S. 3, 70), Barthius mirabatur hic de paupertate civis Alabandii sermonem esse, cui Stern optime respondet: „quasi vero in *agresti custode* non possit egentia inveniri!" **rigui... horti:** cf. Palladium III, 5: *hoc mense* (sc. Februario) *ultimo cannabum seres terra pingui, stercorata, r i g u a, plana atque humida et altius subacta.* Verba „*riguus... hortus*" etiam apud Ov. Met. VIII, 646: *quodque suus coniunx r i g u o collegerat h o r t o.* Horto cannabem etiam Plinius adsignavit, cf. XIX, 173, nam ibi hortensia tractat.

47. **cannabi<n>as silvas:** cf. Plinium, XIX, 173 *deinde utilissima funibus cannabis seritur a Favonio. Quo densior est, eo tenuior. Semen eius cum est maturum, ab aequinoctio autumni distringitur et sole aut vento aut fumo siccatur. Ipsa cannabis vellitur post vindemiam ac lucubrationibus decorticata purgatur. Optima Alabandica, plagarum praecipue usibus.* Varr. de Re rust., I, 23. 6: *sic ubi cannabim linum iuncum spartum, unde nectas bubus paleas lineas restes funes. Cannabinas* scripsit Vollmer pro *cannabias*, ut legit A; quod est *ἅπαξ λεγόμενον*, non recte deductum; vera forma e. g. exstat apud Colum. XII. 50 *funes cannabini; quam = valde*, cf. Graevii notas ad Attic. VII. 15 *quam commoda.*

48. **gravis <est> tutela; sed illis / tu licet Haemonios**

includas retibus ursos: cultura illius segetis paulo maiorem laborem postulat, sed eqs.

49. **includas:** verbo claudendi saepe ad hanc rem utuntur scriptores, Senec. Phaed. 46 *picta rubenti linea pinna / vano cludat terrore feras*, Ov. Met. XV, 475: *nec formidatis cervos includite pinnis.*

50. **vitiorum pessimus umor:** umor omnium rerum retibus maximo damno est.

51. **arma:** retia, cf. 48 *armamenta.*

52. **nulla fides:** „ad res inanimas ab hominibus defertur fides" cf. Verg. Aen. IX 707, *duplici squama lorica fidelis.* Claudian. de Raptu Pros. I, 169 *fumoque fideli.* Plinius, N. H. XIII, 61: *fideli materia.* Nemes. Cyn. 61: *portusque fideles,* Florus, III, 4: *perfidum flumen.*
pressa... valle: angusta valle.

53. **inter opus:** inter venandum, dum retia extenta sunt.
clausaeque malum fecere paludes: *clausaeque* scripsi cum Barthio pro voce *causaeque* (A) haud dubie corrupta; supplendum est *retibus.* Collato Verg. Georg. II. 110 *crassisque paludibus alni* (cf. Nemes. 315, qui Vergilium imitatur) cum Sannazaro emendare possis *crassaeque,* sed Barthii inventum melius servat litteras traditas.

54. **perfuderit:** verbum hic loci intransitivam significationem habere putat Sternius, sed cum Burmanno *armamenta* ex superioribus supplere malo.

55. **ad flatus Helicae... serenae:** *Helice* („Drehstern") est sidus ursi maioris apud Ov. Fast. III. 108 *Helicen Graia carina notet;* significat septentrionem; *flatus Helicae* igitur *aquilo* est, qui cum nubes imbresque fuget tempestatemque serenam et siccitatem inducat, ipsa Helice *serena* nominatur, cf. Ov. Metamorph. I. 262 *Aeoliis Aquilonem claudit / in antris et quaecunque fugant inductas flamina nubes,* Verg. Georg. I. 460 *claro Aquilone;* Ov. Trist. III. 10. 53 *siccis Aquilonibus,* Lucan. IV. 50 *pigro bruma gelo, siccisque aquilonibus haerens.*

56. **reponite:** pluralis post singularem *oppande* (vs. 55) non magis offendit quam infra *fontem averte mali* (vs. 377) et deinde *superabitis* (vs. 378).

55/56. Cum versibus 55. 56 et 58 conferantur quae Plinius de cannabe refert. (N. H. XIX. 173) *semen eius cum est maturum... distringitur, et s o l e aut v e n t o aut f u m o siccatur.*

57—59. **idcirco et primas linorum tangere messes / ante vetant quam maturis accenderit annum / ignibus et claro Plias se promserit ortu:** cf. Hesiod. Opera 383 *Πληϊάδων Ἀτλαγγενέων ἐπιτελλομενάων / ἄρχεσθ' ἀμητοῦ,* Plin. N. H. XVIII. 280. *(Vergiliarum) exortu aestas incipit, occasu hiems, semestri spatio intra se messes vindemiasque et omnium maturitatem complexae;* Ov. Fast. V. 599. *Pliadas aspicies omnes totumque sororum / agmen, ubi ante idus nox erit una super. / tum mihi non dubiis auctoribus incipit aestas / et tepidi finem tempora veris habent* (hic dies est mensis Maii decimus tertius).

vetant: viri harum rerum periti, cf. vs. 90 *iussere.*

maturis.... / ignibus: Verg. Georg. I. 66 *pulverulenta coquat maturis solibus aestas;* Ov. Met. I 778 *ignibus... sidereis.*

60. **imbiberit:** Vollmerus recte mente supplet: *linum ignes imbiberit;* sic non necessarium ante vs. 60 cum Titio lacunam statuere; cf. Lucret. I. 305 *denique fluctifrago suspensae in litore vestes / uvescunt; eaedam dispansae in sole serescunt. / at neque quo pacto persederit umor aquai / visum est nec rursum quo pacto fugerit aestu.*

tanto respondet longior usus: *usus* recte Sannazarus restituit pro *usu* (A) quod defendi nequit cum *longior* ad *linum* referri non possit; totus versus cum versu 73 *si qua meis respondet ab artibus... / gratia* conferendus est. Sententia est: tanto longior usus i. e. utilitas rependit tuas curas.

De pennato.

De summa re conferendi sunt: Verg. Georg. III. 371-72

hos non inmissis canibus, non cassibus ullis
p u n i c e a e v e agitant pavidos formidine p e n n a e.

Verg. Aen. XII. 747:

inclusum veluti si quando flumine nactus

cervum aut puniceae saeptum formidine pennae
venator cursu canis et latratibus instat.

Ovid. Metamorph. XV. 475:

nec formidatis cervos includite pinnis.

Nemesian. Cyneg. 303 sqq.

linea quin etiam, magnos circumdare saltus
quae possit, volucresque metu concludere praedas,
digerat innexas non una ex alite pinnas:
namque ursos magnosque sues cervosque fugaces
et vulpes acresque lupos ceu fulgura caeli
terrificant linique vetant transcendere saeptum.
has igitur vario semper fucare veneno
cura tibi, niveisque alios miscere colores
alternosque metus subtemine tendere longo.
dat tibi pinnarum terrentia millia vultur,
dat Libye, magnarum avium[1] *fecunda creatrix,*
dantque grues cygnique senes[2] *et candidus anser;*
dant quae fluminibus crassisque paludibus errant
pellitosque pedes stagnanti gurgite tingunt.
hinc mage puniceas nativo munere sumes:
namque illic sine fine greges florentibus alis
invenies avium, suavique rubescere luto
et sparsos passim tergo vernare colores.

Oppianus Apam., Cyn. IV. 385:

λαιῇ μὲν μήρινθον ἐύστροφον ἐκτανύουσι
μηκεδανὴν, λινέην, ὀλίγον γαίης ἐφύπερθεν,
ὅσσον ἐπ᾽ ὀμφαλὸν ἀνδρὸς ἱκανέμεναι στροφάλιγγα·
τῆς ἄπο μὲν κρέμαται περιδαίδαλα παμφανόωντα
ἄνθεα ταινιῶν πουλύχροα, δείματα θηρῶν,
ἐκ δ᾽ ἄρ᾽ ἀπήρτηται πτίλα μυρία παμφανόωντα,
οἰωνῶν τε διηερίων περικαλλέα ταρσά,
γυπάων πολιῶν τε κύκνων δολιχῶν τε πελαργῶν.

Senec. dialog. IV. 9. 5:

nec mirum est, cum maximos ferarum greges linea pinnis distincta contineat et in insidias agat ab ipso adfectu dicta formido.

Estne huius Grattii loci Manilius memor II. 43 *ecce alius pictas volucres ac bella ferarum* (sc. refert)? cf. prolegom. p. 4.

---

[1]) Struthiones. [2]) Quia plumae cygnorum incanae sunt.

Pinnatum vel *formido* vel *metus* est linea a qua variae pennae pendent ad terrorem animalibus incutiendum (Germanice „Blendzeug"); narrat autem Grattius his versibus, ex quarum avium pennis *formido* fiat.

75. **inmundo... volture:** cadaveribus enim haec avis vescitur; non assentior viro docto *Curcio* adnotanti: „*inmundo* referito al colore, e contrapposto a *nivei* v. 77, cf. *atro* v. 79."

76. **instrumentum:** cf. Serv. ad Vergil. Aen. XII. 752 *pinnatum scilicet, instrumentum quoddam in fune ad terrendas bestias factum.*

operis: venationis.

facultas: *adiumentum* quia reddit opus venaticum *facilius.*

77. **inter... iungantur:** tmesis.

nivei vellera cygni: cf. Nemesian. Cyneg. 314; Oppian. Cyn. IV. 392; *vellera:* quidquid mollitie et colore simile lanae, ut plumae, nives, apud poetas *vellus* nominatur; cf. Martial. IV. 3. 1. 2. *aspice quam densum nivearum vellus aquarum / depluat in vultus Caesaris inque sinus;* Ammian. Marcellin. XXIII. 6. 67 *a quibus arborum fetus, aquarum asperginibus crebris, velut quaedam vellera molientes, ex lanugine et liquore mixtam subtilitatem tenerrimam pectunt;* sic Martialis molles cygnorum plumas *lanam* vocat, cf. XIV. 161 *lassus Amyclaea poteris requiescere pluma / interior cygni quam tibi lana dedit.*

Nostro loco *vellera* sunt „plumae vulsae."

78. **et satis armorum est:** hic apparatus sufficit, in hoc apparatu satis praesidii est; cf. *lintea... arma* 87.

coruscant: fulgent, cf. Vergil. Aen. II. 470 *et luce coruscus aena.*

terribiles species: voce *species* utuntur scriptores, cum incertae formae aliquid oculis offertur; cf. Liv. VIII. 6. 9 *consuli dicitur... visa species viri maioris quam pro humano habitu.*

78—80. Totius versus: **haec clara luce... / ... res** sententia est haec: „haec <vellera cygni> ob candorem longe splendent fulgentque sub lumine solis, ita ut terreant animalia, *at* vellera vulturis diro suo odore feras turbant; optime igitur plumas cygni et vulturis alternatim iunges.

at volture dirus ab atro / odor: cf. Senec. de ira, II. 12 *acerrimas feras umbra, vox et* odor *insolitus exagitat;* Lucan. IV. 437 *dum pavidos formidine cervos / claudat* odoratae *metuentis aëra* pinnae; Oppian. Cyneg. IV. 65 *ἐπεὶ μάλα θήρεσι πᾶσιν / ὀξύταται ῥινῶν ὀσφρήσεις· εἰ δὲ φράσαιντο / ἢ σταλίκων ὀδμὴν ἢ πεπταμένοιο λίνοιο / ἔμπαλιν ἰθύνουσιν....*

silvas: feras silvestres, cf. adnotationem ad vs. 3.

81. **sed quam clara tuis et pinguis pluma sub armis:** *clara* ad cygni, *pinguis* ad vulturis pennas pertinet; *pinguis:* odorem spargens, pinguia omnia unguenta, tura, oliva; *tuis:* o venator. *sub armis:* pendebant enim plumae ex linea deorsum.

82. **tam mollis tactu et non sit creberruma nexu:** monet poeta, ne pennae horridae sint neve nimis multae pennae inter se nectantur.

83. **ne reprensa suis properantem linea pennis / inplicet:** ne *formido,* dum recolligitur, (*reprensa:* sic recte interpretatur Vollmer) suarum pennarum densitate moretur te properantem (i. e. venatorem), cum linea et pennae inter se implicantur.

84. **atque ipso mendosa coarguat usu:** neve, ipso in opere mendosa, te coarguat <inscitiae>. Potest versus etiam alio modo explicari, si cum Vollmero *mendosa <esse> coarguat* pro nominativo cum infinitivo habemus, quem ex lingua Graeca novimus: quod verbum *esse* omittitur, comparari potest vs. 100 *Arcadium stat fama senem.* Simplicissima interpretatio, si *mendosa* pro acc. plur. neutr. habes (= mendum).

85. **hic magis in cervos valuit metus:** *metus* hoc loco idem est atque *formido* Senecae loco supra laudato (dial. IV. 9. 5.), cf. Nemes. 304 *volucresque* metu *concludere praedas;* Manil. IV. 182 *et pacare* metu *silvas et vivere rapto.* Sententia haec est: haec formido magis ad cervos captandos utilis est quam ad alias feras capiendas; *magis* fere idem est atque *praesertim.*

valuit: cf. adnotat. ad vs. 45.

85/86. **ast ubi lentae / interdum Libyco fucantur sandyce pennae:** sed non solum *cervi,* etiam *beluae* terrentur, si pennae rubro colore inficiuntur; cervis igitur opponuntur, ut ait Vollmer (Musée Belge 1898, p. 233), omnes beluae quantaecumque sunt.

Sic interpretando coniunctio *ast* vim suam habet quam non perspiciens v. d. H. Schenkl (zu Gratt. p. 422) pro *siqua* proposuit *sima* collato Pseudo-Xen. Cyn. 10. 13.

Libyco sandyce: solus Grattius *y* litteram genitivi *sandycis* corripit; producit e. g. Propertius *illaque plebeio vel sit sandycis amictu;* cf. Turneb. Advers. XV. 20; Salmas. ad Solin. p. 810.

87. **linteaque expositis lucent anconibus arma**: *ancones* (= *cubitus*, *ἀγκῶνες*) sunt furcae (des baguettes fourchues) in quibus innituntur funes, a quibus plumae dependent; apud Graecos nominantur *σχαλίδες*, de quibus Pseudo-Xenophon 2. 7 haec refert: *αἱ δὲ σχαλίδες τῶν μὲν ἀρκύων τὸ μῆκος δέκα παλαιστῶν* (75 cM.), *ἔστωσαν δὲ καὶ ἐλάττους· αἱ μὲν ἄνισοι αὐτῶν ἐν τοῖς ἑτεροκλινέσι* (proclivibus) *τῶν χωρίων, ἵν' ἴσα τὰ ὕψη ἐξαίρωσιν, ἐν δὲ τοῖς ὁμαλέσιν αἱ ἴσαι· αὗται δ' εὐπερίσπαστοι, τὰ ἄκρα καὶ αὗται λεῖαι. τῶν δὲ ἐνοδίων διπλάσιαι, αἱ δὲ τῶν δικτύων τὸ μὲν μέγεθος πενταστίθαμοι* (1 M. 15), *δικρᾶ* (furcas) *ἔχουσαι μικρά, τὰ ἐντμήματα μὴ βαθέα;* cf. Pollucem V. 31; apud Oppian. Apam. IV. 67. 71. 121. 380 *στάλικες* vocantur, e. g. 121 *ἄρκυας ἀσσυτέροις ἐπιδειμάμενοι σταλίκεσσι.*

Illae *furcae* apud Romanos etiam *vari* appellantur; cf. Lucan. IV. 439 *aut dum dispositis adtollat retia varis / venator*, vid. imaginem 2, pag. 24.

lintea... arma: funis ex lino plexus.

88. **rarum si qua metus eludet belua falsos**: tum fere unaquaeque belua exagitatur pavore „metus" falsi.

De laqueis et pedicis.

89. **nam fuit et laqueis aliquis curracibus usus: nam... et**: *nam* hoc loco *ἐλλειπτικῶς* adhibetur: ⟨*sed* et alia instrumenta suam habent utilitatem,⟩ *nam* etiam laquei curraces utiles sunt. Ex tali usu oritur vocabuli vis, quam apud scriptores posteriores habet: *nam et* = *sed et*, cf. Schmalz 4, p. 504, et *Victor de Vita*, I. 12. Apud Dracontium *nam* = *ac* vel *sed.*

laqueis.... curracibus: quod genus laqueorum significet adiectivum *currax*, nemo scriptor antiquus docet, neque cuiquam recentiorum contigit, ut certam interpretationem daret. Ex interpretationibus propositis eligam tres.

Ut fere ubique, hic quoque operae pretium est Vlitii nostratis sagacissimi commentarium inspicere: is, postquam citavit Manilii libri V. 185 sqq. *ducuntur et ipsi / retibus et claudunt campos formidine mortis / mendacesque parant foveas laqueosque tenaces / currentisque feras pedicarum compede nectunt / aut canibus ferrove necant praedasque reportant,* „retia", inquit, „formidinem, laqueos, pedicas, canes, ferramenta venatoria eadem serie prosequitur Grattius, nisi quod fovearum nulla mentio. Non temere tamen, sed ex Grattii mente eas addidit Manilius. Describuntur enim his sex versibus nulli alii laquei, quam ποδοστράβαι ex Xenophonte cap. 9. 11; *prioribus tribus* versibus ποδοστράβην *solam* describit Grattius, *reliquis* palum illum adnectit. Et *curraces* forte vocavit quia currentem sequuntur".

Cur haec Vlitii opinio mihi verisimilis videatur, paucis ostendam. Ante omnia certum est Manilium Grattii carmen notum habuisse, et saepius significasse (cf. prolegom. p. 4). Quod si mihi concedis, etiam hoc luce clarius est Manilium loco quoque laudato memorem esse sex eorum versuum, de quibus nunc sermo.

Qui Pseudo-Xenophontis (9. 11) τῆς ποδοστράβης descriptionem legit, intellegit *foveas,* quas nominat Manilius, *scrobes* illas esse, super quas *coronae* ponantur, (ἱστάναι δὲ τὰς ποδοστράβας διελόντα τῆς γῆς βάθος πενταπάλαιστον); sic *laquei* sunt οἱ βρόχοι, *pedicae* ποδοστράβαι τὰς στεφάνας εὐκύκλους ἔχουσαι καὶ τοὺς ἥλους ἐναλλὰξ σιδηροῦς τε καὶ ξυλίνους ἐγκαταπεπλεγμένους ἐν τῷ πλοκάμῳ. Uterque enim et Grattius et Manilius ποδοστράβην ante oculos habent, quam magis significant quam describunt. Neque igitur mero casui tribuo Grattium *curraces* laqueos nominare, Manilium autem scribere: *currentesque* feras pedicarum compede nectunt; laquei igitur *curraces* in ea re differunt a laqueis vulgaribus, quod non possunt de ferae pede delabi *corona* (στεφάνη) impediente.

Altera interpretatio est Sternii: „curraces laquei possunt esse qui terrae alligati huc illuc extenduntur et currere per campum videntur". Quam v. d. Max Miller (Das Jagdwesen der Griechen und Römer, p. 30) ita defendit: „Sterns Vermutung hat etwas für sich. Die *laquei* konnten nämlich, wenn sie zum Fange von Vögeln bestimmt waren, wohl auch auf dem Boden hingelegt werden. Dies geschieht auch heut zu tage von den Schlingenlegern. Eine Anzahl von Schleifen und Roszhaare ein förmliches Gewirre bildend (natürlich an einer Seite am Boden befestigt) wird über den Boden hingebreitet, und in diesem

fangen sich die Vögel, z. B. Rebhühner, welche durch Köder angelockt werden, indem sie sich mit den Füszen hinein verwickeln. Von dieser zusammenhängenden oder fortlaufenden Reihe von Schleifen konnte allerdings *currere per campum* gesagt werden." Ex his verbis patet Sternii interpretationem non verisimilem esse, cum, ut ipse Millerus intellexit, sermo sit de laqueis quibus maiora animalia captentur: sunt enim ex nervis cervinis texendi. Hi autem laquei suspenduntur. Quod autem Millerus scribit: „*curraces* bezeichnet also in beiden Fällen die fortlaufende Reihe der liegenden oder hängenden Schleifen", in hac re eum sequi nequeo, cum series laqueorum suspensorum vocabulo *currax* non facile significari possit.
Restat interpretatio Hauptii qui *laqueum curracem* *βρόχον εὔτροχον* esse coniecit.

Dolendum est locum etiam nunc incertum manere; sed in re incerta etiam coniecturae alicuius momenti sunt; res enim cum in oblivionem abierit, de certa interpretatione desperandum.

usus: = utilitas, ut v. 380 *et nostra quidam redit usus ab arte.*

90. **cervino iussere magis contexere nervo:** *iussere* sc. periti venatores, cf. vs. 58 *vetant*; *magis* = potius cervino quam alio nervo; complures locos, ubi *magis* = *potius*, collegit P. Langen in editione Valerii Flacci p. 388 ad V. 563; Munro ad Lucret. I. 612.

Illi laquei cervino e nervo contexendi sunt, ne cervus alienum odorem et fraudem, si ex alio nervo vel lino facti sint, percipiat. „Alii recentiores" — inquit Vlitius — „ipsos laqueos cannabinos, quibus utuntur, cervino fimo oblinunt vel eius animalis, cui insidiantur."


fraus teget insidias habitu mentita ferino: ad vocem *habitu* bene adnotat v. d. Curcio „carattere ferino in generale," qui „l'odore di cervo".

92. **quid qui dentatas iligno robore clausit / venator pedicas:** haec pulchre illustrantur loco Pseudoxenophonteo 9. 11 *ἵστανται δὲ καὶ ποδοστράβαι* („Fuszfallen") *ταῖς ἐλάφοις ἐν τοῖς ὄρεσι περὶ τοὺς λειμῶνας καὶ τὰ ῥεῖθρα καὶ τὰς νάπας ἐν ταῖς διόδοις καὶ τοῖς ἐργοις πρὸς ὅ.τι ἂν προσίῃ. χρὴ δὲ εἶναι τὰς ποδοστράβας σμίλακος πεπλεγμένας, μὴ περιφλοίους, ἵνα μὴ σήπωνται, τὰς δὲ στεφάνας εὐκύκλους ἐχούσας καὶ τοὺς ἥλους ἐναλλὰξ σιδηροῦς τε καὶ ξυλίνους ἐγκαταπεπλεγμένους ἐν τῷ πλοκάμῳ* (= *ἐν τῇ στεφάνῃ*) . . . *τὸν δὲ βρόχον τῆς σειρίδος τὸν ἐπὶ τὴν στεφάνην ἐπιτεθησόμενον πεπλεγμένον σπάρτου καὶ αὐτὴν τὴν σειρίδα· ἐστι γὰρ*

ἀσηπτότατον τοῦτο. ὁ δὲ βρόχος αὐτὸς ἔστω στιφρὸς καὶ ἡ σειρίς· τὸ δὲ ξύλον τὸ ἐξαπτόμενον ἔστω μὲν δρυὸς ἢ πρίνου, μέγεθος τρισπίθαμον (± 70 cM.), *περίφλοιον, πάχος παλαιστῆς* (7.4 cM.) *ἱστάναι δὲ τὰς ποδοστράβας διελόντα τῆς γῆς βάθος πενταπάλαιστον,* (37 cM.) *περιφερὲς δὲ τοῦτο καὶ ἄνωθεν ἴσον ταῖς στεφάναις τῶν ποδοστραβῶν, εἰς δὲ τὸ κάτω ἀμειβόμενον στενότητι· διελεῖν δὲ καὶ τῇ σειρίδι καὶ τῷ ξύλῳ τῆς γῆς ὅσον ἵζεσθαι ἀμφοῖν. ποιήσαντα δὲ ταῦτα ἐπὶ μὲν τὸ βάθος τὴν ποδοστράβην ἐπιθεῖναι κατωτέρω ἰσόπεδον, περὶ δὲ τὴν στεφάνην τὸν βρόχον τῆς σειρίδος· καὶ αὐτὴν καὶ τὸ ξύλον καθέντα εἰς τὴν χώραν τὴν ἑκατέρου. τῇ στεφάνῃ ἐπιθεῖναι δοκίδας ἀτρακτυλίδος μὴ ὑπερτεινούσας εἰς τὸ ἔξω, ἐπὶ δὲ τούτων πέταλα λεπτά, ὧν ἂν ἡ ὥρα ᾖ. μετὰ δὲ τοῦτο τῆς γῆς ἐπιβαλεῖν ἐπ' αὐτὰ πρῶτον μὲν τὴν ἐπιπολῆς ἐξαιρεθεῖσαν ἐκ τῶν ὀρυγμάτων, ἄνωθεν δὲ γῆς στερεᾶς τῆς ἄποθεν, ἵνα ᾖ τῇ ἐλάφῳ ὅτι μάλιστα ἄδηλος ἡ στάσις· τὴν δὲ περιοῦσαν τῆς γῆς ἀποφέρειν πόρρω ἀπὸ τῆς ποδοστράβης· ἐὰν γὰρ ὀσφραίνηται νεωστὶ κεκινημένης, δυσωπεῖται.*

Commentarii instar est optima descriptio, quam dat vir doctus Manns, Über die Jagd bei den Griechen, III, p. 11, Cassel 1890: „die Fussfalle für Hirsche und Schweine (*ἡ ποδοστράβη*) bestand aus zwei nicht mit einander verbundenen Bestandteilen, zunächst aus einem runden aus geschälten Eibenzweigen geflochtenen Kranz (*στεφάνη, πλόκανον*, Poll. V, 32 *κύκλος*), in den abwechselnd eiserne und hölzerne Nägel eingeflochten waren, die beim Legen der Falle nach unten standen. Zu diesem Zweck hob man eine ca. 40 cm. tiefe Grube aus, an deren oberem kreisrunden Rande der Eibenkranz ein Widerlager fand, während die Nägel in die Grube hineinragten. Über diesen Apparat kam der zweite Bestandteil der Falle zu liegen, der sich aus einer Schlinge (*ὁ βρόχος*) von dem Umfange des Kranzes und einem ungefähr 8 cm. dicken, 70 cm. langen Block (*τὸ ξύλον*) aus Eichenholz zusammensetzte. Vermittelst des Strickes (*ἡ σειρίς*, Poll. V, 33 *ἡ σειρά* und *ἀρπεδόνη*), aus dem zugleich die Schlinge gemacht war, hing Schlinge und Block zusammen. Jene kam genau auf den Kranz zu liegen. Trat der Hirsch durch beide, Schlinge und Kranz hindurch, so blieb zunächst vermöge der Nägel, die dem hineintretenden Fuss nachgaben, in den zurückweichenden aber eingriffen, die eigentliche aus Kranz und Nägeln bestehende Falle fest am Laufe hängen, verhinderte dadurch aber auch das Abgleiten der Schlinge, die sich beim ersten Schritt zuzog, so dass das Tier gezwungen war, den Block mit sich zu schleppen."

Quamquam tamen locus Pseudo-Xenophonteus quem supra exscripsi saepius cum nostro comparatus est, verba Gratii quomodo interpretanda sint, nondum constat. Non enumerabo omnes interpretationes, sed nonnullas, quae a multis probatae videntur; Wernsdorfius haec habet: „quid dicam de illo genere pedicarum quae *dentatae*, hamis quasi dentibus munitae, et *inclusae iligno*



a. ἡ στεφάνη

b. ὁ βρόχος τῆς σειρίδος

c. ἡ σειρίς

d. τὸ ξύλον.

e. τὸ ὄρυγμα.

Ex libello Mannsii „Über die Jagd bei den Griechen".

robore vel tigillo gravi, ubi pede ferae tanguntur, inhaerent illi, et currentem gravitate annexi roboris retardant."

Ubi legimus de *pedica iligno robore inclusa?* Neque enim *iligno robore* ἡ στεφάνη significari potest, quae e *taxi* (σμίλακος) ligno nectitur; Sternius dubitat, utrum *robur ilignum* significet *truncum maiorem,* quem fera pedicis alligatum post se trahebat, an quod ei praeplacet, *arborem* cui affixae pedicae fuerunt.

V. d. Curcio Ps.-Xenophontis loci immemor ipse aliquid e nihilo finxit; „probabilmente <i lacciuoli> erano composti di due sermicerchi dentati, di ferro, imperniati fra loro alle estremità in modo da chiudersi in un semicerchio per l'azione di una molla, mossa dall' animale che v' incappa dentro. Cosi restava stretto al collo."

Neque melior est interpretatio, quam legimus in corpore scrip-

torum Latinorum, quod Nisardus edidit: „que dirai-je des piéges munis de dents, *que le chasseur entoure de bois d'yeuse?*"

Qui locum Κυνηγετικοῦ attente legit, intelligit *ilignum robur* significare τὸ πρίνινον ξύλον = palus ilignus. Quid autem est *clausit?* Hic ego confidenter respondeo: = *in fine* <pedicae> *addidit,* cf. nostri carminis versum 112 *et quidam totis clauserunt ensibus* <*hastas,*> et Aelium Spartanum, Hadrian. 9. *cum.... capulo vix eburneo spatham clauderet* (= une épée dont la poignée était tout au plus d'ivoire).

92. **quid qui:** idem versus initium apud Vergilium, Georg. I. 111. *quid qui, ne gravidis procumbat culmus aristis, / luxuriem segetum tenera depascit in herba.*

93. **pedicas:** cf. Ovid. Metam. XV. 473 *retia cum pedicis laqueosque artesque dolosas / tollite.*

Inventorem pedicarum Plutarchus nominat *Aristaeum,* ὃς πρῶτος θήρεσσι <δρυὸς συν>έπηγε ποδάγρας (Amat. 14).

93. **quam dissimulantibus armis / saepe habet inprudens alieni lucra laboris:** potuit saepe venator bestiam ab aliis agitatam his vinculis capere; *dissimulantibus armis = se dissimulantibus = occultis; inprudens:* praeter exspectationem. *Quam* cum *saepe* iungendum est.

Laus Dercyli.

95. **o felix, tantis quem primum industria rebus / prodidit auctorem:** o felix quem sua industria in lucem produxit et tam clarum fecit, ut earum rerum auctor haberetur. **o felix:** cf. Verg. Georg. II. 490 *felix qui potuit rerum cognoscere causas* (Empedocles: ὄλβιος, ὃς θείων πραπίδων ἐκτήσατο πλοῦτον); cum toto loco confer Lucr. VI. 1—8, laudem Epicuri. **rebus:** cf. v. 122 et 127.

96. **deus ille an proxima divos / mens fuit:** cf. Lucret. V. 8 *deus ille fuit, deus, inclute Memmi / qui princeps vitae rationem invenit;* Verg. Georg. III. 315 *quis Deus hanc, Musae, quis nobis extudit artem;* Cic. Tusc. I. 25 *omnes magni qui praesidia contra feras invenerunt.*

proxima divos / mens: cf. Caes. B. G. I. 54. 1 *Ubii qui proximi Rhenum incolunt;* Plaut. Poenul. 1120 *quis pultat?* M. *qui te proxumust.*

97. **in caecas aciem quae magna tenebras / egit:** cf. Lucret. V. 10 *quique per artem / fluctibus e tantis vitam tantisque tenebris / in tam tranquillo et tam clara luce locavit,* cf. eundem III. 1.

98. **ignarum perfudit lumine volgus:** cf. Lucret. II. 147 *quam subito soleat sol ortus tempore tali / convestire sua perfundens omnia luce;* Verg. Georg. I. 41. 42: *ignarosque viae mecum miseratus agrestis / ingredere.*

99. **Pierio... ministro:** dativus; Pierium ministrum poeta se ipsum appellat. cf. Theogn. 769 sq. *χρὴ Μουσέων θεράποντα καὶ ἄγγελον εἴ τι περισσὸν / εἰδείη σοφίης μὴ φθονερὸν τελέθειν.*

fas est: licet sacro vati haec audire, cf. Ov. Fast. VI. 7 *fas mihi praecipue vultus videre deorum, / vel quia sum vates, vel quia sacra cano;* Oppian. Cyneg. I. 18 *ἔκλυον, ᾗ θέμις ἐστὶ, θεείης ἔκλυον ἠχῆς.*

„*Fas est* ist natürlich nicht ein ermuthigendes Argument des Dichters an die Göttin, durch das er sie zum Ausplaudern eines Geheimnisses bewegen will, sondern die Versicherung an das Publikum, dass er zu seinen Enthüllungen bevollmächtigt sei" (H. Schenkl, Zu Grattius p. 426).

100. sqq. **Arcadium stat fama senem — Dercylon:** versus 100 et sequentes interpretanti difficultates praebent non parvas. Quaeritur enim primum, unde accusativus *Arcadium... senem... Dercylon* pendeat; ex variis huius rei explicationibus eligam hasce:

1°. Pro *stat* Gronovius proponebat *dat*, probantibus Burmanno et Sternio, quorum ille Val. Flacc. V. 506 *qualemcumque dabat te fama, videmus* citat; notus est usus verbi *dandi* (= narrare), cf. Val. Flacc. V. 218 *Thessalici da bella ducis*, Verg. eclog. I. 19 *sed tamen iste deus qui sit, da, Tityre, nobis*, Ov. fast. VI. 434 *Aeneas eripuisse datur*, Stat. Theb. VII. 315, Claud. de raptu Pros. III. 336, qui tamen loci nobis Gronovii coniecturam non probant.

2°. Pro *metantem* Baehrensius in editione Grattii *metatum* coniecit, ut haberet *stat fama*, quocum coniungeretur, sed quis non videt *metantem* utique cum *vidistis* esse coniungendum, ne *vidistis* ieiunum sit?

3°. Postgatius in sua editione versum 100 sic interpungit *Arcadium (stat fama) senem* eqs. ita ut accusativus e *vidistis* pen-

deat; quod ego non magis intellego, quam Housmanus, qui, recepta Postgatii interpunctione, signo interpungendi post *ministro* omisso accusativum *Arcad. senem* obiectum esse vult imperativi *dic.* Quod mihi non placet, neque enim nostro loco apta est sententia „nomina mihi Arcadium senem, o Diana".

4°. Vollmerus *anacoluthon* statuit, sumens poetam, si ad normam grammaticae scripsisset, post *Dercylon* sic sententiam finiturum fuisse *„didicisse a Diana"*; quod mihi quidem durissimum videtur. Quid igitur? consulamus praecedentes versus: felix ille vir, qui tot nova in arte venandi invenerit. Quis autem fuit? Deus an vir divina mente praeditus; dic mihi hoc, patrona (et nunc sequitur responsum) constat Arcadium ⟨fuisse⟩ senem, quem et Maenalus et Amyclae primum vidistis retia ponentem, *Dercylum* nomine. Quod igitur *fuisse* omissum est, omnes praebuit difficultates; cf. Cicer. ad Famil. IX. 19 4. *at ille adiurans, nusquam se unquam libentius*, Schmalz, Syntax und Stilistik, p. 335.

stat fama: constat, cf. Cic. Att. 3. 14 *nos in Asiam convertemus: neque adhuc stabat quo potissimum.* Verba *stat fama* ostendunt, ut recte monet Henricus Schenkl (zu Grattius p. 427), poetam pugnare contra opinionem vulgatam, quae *Chironem* artis venaticae inventorem nominabat. Ad suam opinionem confirmandam duos adhibet testes *Maenalum* et *Amyclas.* „Wir haben hier ein Zeugnis" — idem inquit Schenklius, „für den Cult eines kleinen Localheros, der sowohl auf dem Maenalus wie in Amyklae ein Heiligthum hatte und der als Rivale Chiron's auftrat (nur zur Bestätigung dieser Ansicht dient der Umstand, dass Chiron an dem Thron des Zeus in Amyklae abgebildet war), und diese Winkelsage vertheidigt an unserer Stelle Grattius".

Maenalus auctor: sc. *metatum esse*, quod ex versu 102 sumendum est; credo enim sic cum Vollmero lectionem traditam defendi posse, quamquam Turnebi coniectura *altor* (cf. Ov. Met. IV. 293 *Idaque altrice relicta*) digna est, quae perpendatur. Schenklius *auctor* vertit vocabulo „Gewährsmann", et confert Verg. Aen. V, 17 *si mihi Iuppiter auctor spondeat;* sic tamen usus vocis *auctor* apud Grattium nimium durus videtur, quod ipse Schenklius intellexit (Zu Grattius, p. 427).

101. **Amyclae:** quae urbs sita est in media Laconica, ubi antiquissimis a temporibus colebatur Apollo Carneus.

metantem retia: cf. locutionem *metari castra.*

103. **haut illo quisquam se iustior egit:** *iustior* eodem casu adhibetur atque subiectum, cf. Lucan. II, 263 *ingerit omnis se belli fortuna tibi*, Stat. Silv. I, 1. 42 *se Temese dedit hausta*, V, 3. 71/2 *sed nec modo se Natura dolenti / nec Pietas iniusta dedit.*

104. **hau fuit:** sic scripsi cum Baehrensio pro *au fuit* (A); Vollmerus *haut fuit* edidit; sed *hau*, quod litteris traditis propius, restituere malo; recte enim scribit Schmalzius: (Syntax und Stilistik, I. von Müllers Handbuch, p. 636) „die überlieferten Formen sind *haud, haut, hau;* das letzte steht vor Konsonanten, z. B. *hau multum*, und gehört dem Altlat. und Verg. an." Ex Plauto haec exempla do, Mil. Glor. 95 ubi Ritschelius optime *hau diu* restituit, manuscripta vero C D^1 eodem vitio atque noster locus laborant: *audiu;* Mil. 381 *hau falsum;* Pseudol. 215 *hau somnium;* Stich. 487 *hau postulo;* ex Tacito Ann. II, 88 *haudubie*, VI, 38 *hau perpessus;* cf. etiam *Ritschl*, Opusc. II, 591, 592, V, 353. 354.
divom observantior: cf. Verg. Aen. II. 426 *Rhipeus, iustissimus unus / qui fuit in Teucris et servantissimus aequi.*
observantior alter: cf. Verg. Aen. VI, 164 *Misenum Aeoliden quo non praestantior alter / aere ciere viros.*

105. **ergo:** ob iustitiam Dercyli.
primis.... in arvis: recte Vollmer adnotat: „in Arcadia, ubi primum terra colebatur".
finxit: docuit.
nemorum dea: cf. Catull. 34 *montium domina ut fores / silvarumque virentium / saltuumque reconditorum*, Hor. c. 3. 22. 1 *montium nemorumque virgo;* Senec. Phaedr. 406 *regina nemorum.*

106. **inscribere:** cf. Ovid. Met. X, 198 *mea dextera leto / inscribenda tuo est;* XV, 127 *inscripsere Deos sceleri;* locutio sumpta est ab artifice cuius nomen operi suo inscribitur, vel a scriptore cuius nomen libro inscribitur; cf. etiam Pseudo-Tibull. IV, 1. 38 *ut nostrum tantis inscribam nomen in actis.*

107. **adire.... suas artes:** tanquam mysteria.

De hastis et sagittis.

108. **ille etiam valido primus venabula dente / induit;** *etiam:* Dercylus et alia invenit et primus venabulum induit dente

valido; hunc versum respicit Manilius V. 202 *et valida venabula cuspide fixa.* Quaeritur quid sit hoc loco *dens* venabuli. Dissentiunt enim de hac re inter se Henricus Schenkl (zu Grattius, Jahrb. f. class. Phil. 24ster Supplementbnd p. 428-432) et Fridericus Vollmer (in apparatu editionis suae). Commentarii instar est locus *Pollucis* V. 20 sqq. τὰ δὲ προβόλια .... φησὶν ὁ Ξενοφῶν, αἱ λόγχαι δὲ αὐτῶν ἔστωσαν σιδήρου τομωτάτου. τῆς δὲ λόγχης τὸ μὲν περὶ τῷ ξύλῳ καλεῖται αὐλός, οὗ τὸ μὲν ἔξωθεν ἡ περίμετρος, τὸ δὲ ἔνδοθεν τοῖχος, τὸ δὲ μετὰ τὸν αὐλὸν κοῖλον ὀβέλισκος· ὅθεν δὲ πλατύνεται, πτέρυγες αἱ ἑκατέρωθεν προβολαί. τὸ δὲ ἄκρον γλῶττα λέγεται ἡ τῆς λόγχης ἀκμή· καὶ δεῖ τῶν πτερύγων ἑκατέραν πλατυνομένην καὶ παχυτέραν οὖσαν ἀπολεπτύνεσθαί τε καὶ ἀποστενοῦσθαι, κατὰ μικρὸν ὑπολήγουσαν, ἄχρι πρὸς τὴν γλῶτταν. ἐστομῶσθαι δὲ οὐ μόνον τὴν ἀκμὴν ἀλλὰ καὶ τὰς πτέρυγας χρήσιμον. πρὸς μὲν οὖν τὰ ἄλλα θηρία οὕτω δεῖ παρεσκευάσθαι τὸ προβόλιον. πρὸς δε τοὺς σῦς κατὰ τὸ τοῦ αὐλοῦ τέλος, πρὸ τῶν πτερύγων, κνώδοντας ἀμφοτέρωθεν ἐχέτω τῷ αὐλῷ συγκεχαλκευμένους σιδήρου στερεοῦ, ἑκατέρωθεν προβεβλημένους, ὡς μὴ προωθῶν αὐτὸν ὑπὸ θυμοῦ καὶ μένους καὶ τόλμης ὁ σῦς ἀφίκοιτο διὰ τοῦ δόρατος εἰς τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ καὶ οἱ κνώδοντες ἱστάντες αὐτοῦ τὴν ὁρμὴν ἐμποδὼν τῇ ῥύμῃ γένοιντο εἰς τὸ πρόσω μὴ προχωρεῖν. Priorem partem eorum, quae Pollux tradidit, ex alio fonte hausit, pars altera παράφρασις est duorum locorum Pseudo-Xenophontis Cynegetici (10. 3): τὰ δὲ προβόλια πρῶτον μὲν λόγχας ἔχοντα τὸ μὲν μέγεθος πεντεπαλαίστους, κατὰ δὲ μέσον τὸν αὐλὸν κνώδοντας ἀποκεχαλκευμένους, στιφρούς et (10. 16) de apro: ὁ δ' ὑπὸ τοῦ μένους πρόεισι καὶ εἰ μὴ κωλύοιεν οἱ κνώδοντες τῆς λόγχης, ἀφίκοιτ' ἂν διὰ τῆς ῥάβδου προωθῶν αὐτὸν πρὸς τὸν τὸ προβόλιον ἔχοντα.



Monum. dell' Instit.archeol. vol. VI, tab. 68.

Ex Pollucis verbis laudatis, quae Meleagri statua quae est Berolini confirmat, apparet *dentem*, de quo Grattius loquitur, v. 108 nihil aliud esse nisi πτέρυγα; κνώδοντες apud Grattium *morae* vocantur: *proni moderatus volneris iram / omne moris excepit onus* = et iram temperat vulneratae et irruentis ferae, cuius omne onus sustinuit per moras; vides Grattii verba optime respondere iis, quae Ps. Xenophon 10. 16 narrat. Eandem vim vocabulum *mora* apud Silium Italicum I. 555 habet: *sic Poenus pressumque ira simul exigit* (= transadigit in Murri corpus) *ensem / qua capuli statuere* (voluere, permisere) *morae.* Κνώδοντες igitur apud Pseudo-Xenophontem dentes e venabulo utrimque exserti,

ut Weiske interpretatur; verbum ἀποκεχαλκευμένους ita interpretandum, ut ἀπὸ dentem exstantem significet. Sic vir doctus quoque Miller (das Jagdwesen der alten Griechen und Römer, p. 33) *moras* describit: „hinter der Spitze an dem Schafte waren zwei eiserne Zähne angebracht, welche einerseits das allzu weite Eindringen des Wurfspieszes verhinderten, andererseits aber auch zugleich festen Widerstand gegen das Andringen des getroffenen stärkeren Wildes (z. B. Eber) ermöglichten."

Si locum nostrum in hunc modum interpretamur, nihil restat dubii; videamus nunc, cur Schenklio haec non placeant. Primum nobis consentire videtur; scribit enim (l. l. p. 429) „sowohl an dem Berliner Meleagros wie an dem capitolinischen Endymion und nicht minder auf Sarkophagen mit der kalydonischen Jagd unterscheiden wir deutlich die weit abstehenden Flügel der Lanzenspitze und die tiefer unten befestigten Querfortsätze, den *Knebel*, welcher nur an der Meleagrosstatue ein wenig zu stark stilisiert ist; aber auch an den fränkischen Angones (bei Lindenschmit, Alterthümer unserer heidnischen Vorzeit I. 1. 16, Nr. 15—17) sehen wir dieselbe geschweifte Form. Demnach möchte man annehmen, dass auch bei Xenophon mit den κνώδοντες der Knebel gemeint is." Sed tum ita pergit: „aber dazu stimmt nicht die Bezeichnung der Stelle, an welcher sie angebracht sein sollen; diese ist bei Xenophon die Mitte der etwa 50 cM. langen Tülle, bei Pollux das der Spitze entgegengesetzte Ende (πρὸ ist vom Standpunkte des den Spiess Haltenden gesagt)." Quod Ps. Xenophon dicit κατὰ μέσον τὸν αὐλόν, hoc non urgendum; in statua Meleagri *morae* revera circa mediam fistulam prominent. Collatis scholiis, quale ad Antigonam 1233 (ἕλκει διπλοῦς κνώδοντας) ἀντὶ τοῦ διπλᾶς ἀκμάς· ἄμφηκες γὰρ τὸ ξίφος· κνώδων δέ, τὸ ὀξὺ τοῦ ξίφους, παρὰ τὸ καίνειν τοῖς ὀδοῦσι Schenklius novam loci Pseudo-Xenophontei interpretationem proponit: „auf die Xenophonstelle angewendet würde diese Überlieferung die κνώδοντες als *Erweiterungen des Blattes* erscheinen lassen, die jedoch stärker ausgeladen und eckiger geformt sein müssten um den von Xenophon erwähnten Zweck zu erreichen, nämlich den anstürmenden Eber aufzuhalten.

Und genau einen solchen Jagdspiess findet man in der lebensfrischen Darstellung bei Gerhard, Apulische Vasenbilder Taf. IX, wo das ungewöhnlich lange und breite Blatt des einzigen dort abgebildeten προβόλιον fast mehrfach gekerbt erscheint."

Haec τοῦ κνώδοντος imago, quam Gerhardi tabula praebet, non



Gerhard, Apul. Vasenb. tab. IX.

apta est ad Schenklii opinionem defendendam, nam talis hasta non potest irruentis apri onus sustinere, neque ei contigit, puto, ut aliam aptiorem reperiret.

Praeterea vocabula κατὰ μέσον τὸν αὐλὸν quae apud Ps. Xenophontem legimus non de parte cuspidis loqui videntur, sed de dentibus, qui ex fistula utrinque prominent. Denique ne in Antigonae quidem loco ξίφους / ἕλκει διπλοῦς κνώδοντας quidquam praesidii, cum a scholiasta non recte explicetur; nam ibi quoque de *moris* capuli sermo est.

110. **excepit:** cf. Martial. 14. 30 (Venabula) *excipient apros exspectabuntque leones / intrabunt ursos, sit modo firma manus.*

tum: post Dercylum.

stricta verutis dentibus: sc. *sunt;* hastilia verutis dentibus <praefixa> contra feras stricta = cuspide longa et tenui quales erant in veribus; veru autem unam et rectam habet cuspidem, cf. Demmin, die Kriegswaffen (Leipzig 1869) p. 466. 475.

et gemina subiere hastilia furca: sic recte Sannazari coniectura usus edidit Vollmer codice Vindobonensi exhibente *geminas,* unde plerique *geminas* .... *furcas* legunt. Tunc cum Burmanno explicandum est: „ligna venabula (hastilia) subiere furcas geminas, id est fuere sub furcis;" itaque „furcae superimpositae venabulis sunt" (Sternius); satis obscura atque contorta interpretatio; Sannazari tamen assumpta coniectura simplicissima evadit sententia: „in locum armorum pristinorum subiere hastilia gemina furca <praedita>; *subiere* = successere, postea inventa sunt, cf. Ovid. Met. I. 114 *subiit argentea proles.* Addebantur autem *furcae* illae *geminae* ut duplici vulnere feras afficerent, *morae* contra ut morarentur venabulum, cf. Gerhard, Auserlesene Griechische Vasenbilder 3 Theil 1847 235, ubi αἰχμὴν τριγλώχινα (Opp. Cyn. I. 152) depictam videmus cf. fig. p. 48 et Demmin, die Kriegswaffen (Leipzig 1869), p. 449. 7.

112. **et quidam totis clauserunt ensibus <hastas>:** sic cum Schenkelio (p. 432) suppleo; Aldina male addit *orbes,* quod falsum est propter *clausere;* sententia est haec: „quidam in fine ipsius hastae „enses" addiderunt".

totis ensibus: „ense non brevioribus acuminibus" (Vollmer), cf. Demmin, p. 472. 4.

113. **ne cessaret iners in volnere massa ferino:** *massa* = cuspis; sententia haec est: ne cuspis nimis lata nihil ageret in vulnere, quod fecit, sed ut acuminibus illis vulnus augeret.

114. **blandimenta vagae fugies novitatis:** noli temere bona inventa abicere et commutare rebus novis quamvis sint speciosae; *vaga novitas:* Batave „de mode" (Fr. „la mode"); *vaga:* mutabilis; *fugies:* futurum pro imperativo, cf. vs. 29 *laqueabis.*

114. 115. **ibidem / exiguo nimiove nocent:** *ibidem* = in re venatoria; *exiguo... nocent* = peccatur in venando si vel nimia vel exigua sit venabuli cuspis.

sed lubricus errat / mos: cf. vs. 114 *vagae; mos:* Batave „de mode".

116. **ab expertis festinant usibus omnes:** celeriter abeunt a recto atque probato usu: *expertis:* passive, cf. Ciris 315 *expertum multis miserae mihi rebus amorem;* Stat. Achill. I 187 *fila movet leviterque expertas pollice chordas / dat puero.*



Auserlesene Griechische Vasenbilder von Gerhard, vol. 3 1847, tab. 235.

117. **quid, Macetum inmensos libeat si dicere contos?** exemplis docere vult poeta verum esse quod modo dixerit „hastas exiguo nimiove nocere". *Quid:* = nonne ita est, ut dixi?

Versus, non recte explicatus, interpretantibus praebuit difficultates. Vollmerus sic interpunxit:

Quid? Macetum inmensos libeat si dicere contos,
quam longa exigui spicant hastilia dentes;

sic tamen me latet sententia duorum horum versuum; equidem incido sententiam post priorem versum (cf. vs. 174. 175; 390. 400):

Quid, Macetum inmensos libeat si dicere contos?
quam longa exigui spicant hastilia dentes,

i. e. „quid <mihi respondes> si mihi libeat exemplo uti contis illis Macedonicis? quam longae sunt illae hastae, quae tam exiguis praeditae sunt dentibus!" Vides quomodo verbum *dicere* explicuerim; supervacua igitur Baehrensii coniectura *ducere,* quam Postgatius in textu posuit.

Macetum: gen. plur. nom. proprii *Macetae* = Macedones, *Μακέται*, cf. Stat. Silv. IV. 6. 106. *regnator Macetum;* Lucan. II. 647 *Macetumque novas adquirite vires.*

„La forma *Macetae Macetum* per *Macedones -um* fu introdotta dai poeti dattilici, e pare la prima volta da Grazio, per necessità metrica" (Curcio).

inmensos: Livius XLIV. 41 hastam Macedonum *inmobilem longitudine et gravitate* dicit; XXXVII. 42 *impeditus intercursu suorum usus praelongarum hastarum: sarisas Macedones vocant;* Claudian. Consol. Olyb. 122 *inmensaque cornus in hostem / porrigitur.*

contos: *contus* (Gr. *κοντός*), qui plerumque adhibetur propellendis navibus (cf. e. g. Verg. Aen. VI. 302 *ipse ratem conto subigit*), aliis locis vice hastae fungitur, cf. Verg. Aen. IX, 509 *telorum effundere contra / omne genus Teucri et duris detrudere contis*, ubi Conington adnotat: „*conti* may be either barge-poles used for want of better implements or heavy pikes, a sense which the words bears in post-Augustan writers, Tac. Ann. VI, 35," sed mihi hoc loco *contus* tantum *hastae vicem* praestare videtur, propter verba praecedentia *telorum omne genus;* non tamen ibi *contus* = hasta. Hanc vim habet vox *contus* e. g. Tac. Hist. I, 44. 6 *praefixa contis capita gestabantur.* Etiam nostro loco *contus* = hasta.

118. **dentes:** cf. adnot. ad. vs. 108.

spicant: *spicare* = in aristae formam redigere, cf. Verg. Georg. I, 292 *ferroque faces inspicat acuto;* Gratt. 484 *spicatasque faces.* Propria verbi vis cognoscitur e versu Dracontii I, 587 *ventus alit fructus et ventus spicat aristas;* nostro loco explicandum est: „dentes in aristarum modum cuspidant sarissas."

Macedones venationis studio ardere docet Athenaeus I, p. 18 A (31) *Ἡγήσανδρος δέ φησιν, οὐδὲ ἔθος εἶναι ἐν Μακεδονίᾳ κατακλίνεσθαί τινα ἐν δείπνῳ, εἰ μή τις ἔξω λίνων ὗν κεντήσειεν.*

119/120 *Lucana hasta* ideo minus utilis, quod *cuspis ponderosa nimis tenui virgae praefixa* gravius reddit hastile, quo fit ut minus expedite feratur.

virgae: etiam Claudianus de laudibus Stiliconis I, 65 tenues hastas *virgas* vocat: *quis Stilicone prior ferro penetrare leones /*

comminus aut longe v i r g a *transfigere tigres;* Graeci eas dicunt *ῥάβδους*, Barthius citat Georgium Cedrenum Annal. *καὶ κατευστοχήσας λαγωοῦ τῇ ῥάβδῳ τοῦ ἵππου καθήλλατο πρὸς τὸ σφάξαι τὸν λαγωόν.*

pernix Lucania: cf. Horat. Epod. II, 42 *pernicis uxor Apuli.* Etiam Lucanos bonos fuisse venatores discimus ex Stat. Theb. VIII, 532 *qualis saetigeram Lucana cuspide frontem / strictus aper;* Iustin. XXIII, 1. *namque Lucani iisdem legibus liberos suos quibus et Spartani instituere soliti erant; quippe ab initio pubertatis in silvis inter pastores habebantur,.... cibus his praeda venatica;* Hor. Sat. II. 8. 6, ubi in mensa ponitur *Lucanus aper captus.*

120. **cultro:** cuspide.

121. **modi.... salubres:** temperata mediocritas, cf. Plin. Epist. I, ep. 24. 4 *si praediolum istud tam* s a l u b r i t e r *emerit, ut paenitentiae locum non relinquat,* quo loco *salubriter* = parvo pretio; Martial. X, 104. 14 *pretio ... salubri.*

122. **quocirca et iaculis habilem perpendimus usum:** quocirca et iacula examinamus, quaenam habilia sint ad utendum; *iaculis:* dativ. pro genitivo, cf. vs. 127 et Schmalz, Syntax und Stilistik [4], 86, p. 374.

123. **neu leve volnus eat neu sit brevis impetus illi:** Sannazarus n e *leve* legebat, sed cf. infra vs. 231 et 273, quos citat Vollmerus, et Prop. II, 29. 28 *ibat et hinc castae narratum somnia Vestae /* n e u *sibi* n e v e *mihi quae nocitura forent.*

Quid hic esset *volnus,* nemo intellexit praeter Iohnsonum qui tamen, propterea quod exempla ad opinionem suam probandam adicere supersedit, viris doctis non persuasit, nam recentissimus explicator *vulnus* per „il colpo" reddit; sic tamen vocabula *brevis impetus* minus recte adhibentur; confer tamen Verg. Aen. X, 139, 140 *te quoque magnanimae viderunt, Ismare, gentes / vulnera dirigere* (= „sagittas mittere, quae vulnera inferant" Kappes) *et calamos armare veneno;* IX, 744 *intorquet summis adnixus viribus hastam; / excepere aurae; volnus Saturnia Iuno / detorsit veniens;* Sil. Italic. Punic. I, 397 *adest infesto vulnere Ladmus;* Valer. Flacc. Argonaut. III, 197 *raptumque per auras / vulnus* (= telum celeriter missum); omnibus his locis *vulnus* dicitur pro *telo,* quo vulnus infligitur; ceteris audacius Valerius Flaccus loco laudato

voce *vulnus* utitur „quia re vera (ut ait Langen p. 224 editionis suae) telo vulnus non fit, cum irritum ex manu effugerit." Si hoc loco Grattii *volnus* „telum vulnificum" interpretamur, vocabula *eat*, *impetus*, *illi* (= vulneri = iaculo) recte se habent.

124—126. „Hactenus de iaculis diximus; ne tamen spreveritis arcum sagittasque, quae ipsius Dianae arma sunt."

124. **suos.... comites:** „omnes venatores", ut recte interpretatur Vollmerus.

Lyciaque.... pharetra: cf. Verg. Aen. VII, 816 *Lyciam ut gerat ipsa pharetram;* Stat. Theb. VI, 645 *cetera plebs Lyciis vadit contenta pharetris.*

126. **magnum opus.... fecere:** multum venationi profuerunt.

De ligno hastis faciendis apto.

127. **Disce.... omnem:** disce nunc omnem hastilium (= lignorum hastae) dilectum = disce nunc rationem in hastilium dilectu observandam. *Hastilibus:* dat. pro *genit.* ut v. 95 *rebus* = rerum.

validis.... hastilibus: cf. Verg. Georg. II. 447 *at myrtus validis hastilibus;* Aen. III. 23.

128. **plurima Threiciis nutritur vallibus Hebri / cornus:** sic recte scripsit Radermacher (cf. vs. 35) pro *threicii inutritur* (A). *Hebri:* maximum Thraciae flumen, hodie Maritza; Thracia uberrima lignis est hastilibus conficiendis aptis, cf. Vergil. Aen. V. 311 *sagittis / Threiciis.* Idem hexametri finis apud Valer. Flacc. II. 515: *qualis ubi a gelidi Boreas convallibus Hebri / tollitur* praeeunte Vergilio, Georg. II. 488 *o qui me gelidis convallibus Haemi / sistat.*

129. **cornus:** cf. Verg. Georg. II. 448 *bona bello / cornus;* Ov. epist. 4. 83 *sive tenes lato venabula cornea ferro;* Claudian. de raptu II. 107 *bellis accommoda cornus.* Etiam Pr.-Xenophon novit ῥάβδους κρανείας (10.3).

Quia *cornus* hastis aptissima est, *ipsa hasta* „cornus" appellatur, cf. Verg. Aen. XII. 267 *sonitum dat stridula cornus*; Ov. Met. XII. 451 *fixit in adverso cornum sine cuspide vultu;* Sil.

It. II. 124 *intorquet letalem in moenia cornum;* XIII. 204 *validam torquebat tertia cornum.*

et umbrosae Veneris per litora myrtus: sic componantur verba: et umbrosae myrtus (nom. plur.) per Veneris litora (= Cyprum), cf. Verg. Georg II. 447 *at myrtus validis hastilibus;* myrtum *umbrosam* vocat, quia densos habet ramos, cf. Verg. Aen. III. 23 *et densis hastilibus horrida myrtus,* sic Claudianus *olivam* dicit *umbrosam,* de Bello Get. 319.

per litora: cf. Verg. Georg. IV. 124 *amantis litora myrtos;* II 112 *litora myrtetis laetissima.*

Veneris p. l.: Verg. Bucol. 7. 61. 62 *populus Alcidae gratissima, vitis Iaccho, / formosae myrtus Veneri, sua laurea Phoebo.*

Post hunc versum cum Vollmero lacunam statuo, quia verbum desidero, cui *taxi* eqs. subiecta sunt; Vollmerus suo iure talem fere sententiam exspectat „at in Italia proveniunt quae sequuntur".

130. **taxi:** Vergilius narrat taxi lignum aptum esse arcubus faciendis, Georg. II. 448 *Ituraeos taxi torquentur in arcus;* sed e Silio discimus ex taxo etiam hastilia esse facta, XIII. 210 *letum triste ferens auras secat Itala taxus* (= hasta).

pinus: Stat. Theb. VIII. 538 *una duo corpora pinu, / cornipedemque equitemque, ferit.*

Altinatesque genistae: cf. Strabon. 214 *ἔστι δὲ καὶ τὸ Ἀλτῖνον ἐν ἕλει, παραπλήσιον ἔχον τῇ Ῥαουέννῃ τὴν θέσιν,* Plin. N. H. XXIV. 65. 66.

131. **et magis incomptos opera iuturus agrestis:** sic scripsi cum Sudhausio. In codice leguntur: *et magis in comptos opera lutores agstis.* Iohnsonius putabat sub vocabulo corrupto *lutores* latere arboris nomen; cum autem Plinio auctore (XIII. 104, XVI. 123) *lotos* arbor gignatur, cuius rami longissimi validissimique sint, philologus ille Britannus *lotaster* scripsit pro *lutores,* vocem eodem modo atque *pinaster, oleaster* formatam, quae tamen apud nullum scriptorem invenitur. Qua coniectura usus Sternius edidit:

et magis incomptus superat lotaster, agrestis / termes.

Eum secutus est Postgatius, qui pro *incomptus* cum Iohnsonio *in contos* legit. Cum tamen vox *lotaster* nusquam exstet, Sternium sequi non possumus. Sudhausii coniectura ingeniosa ductibus

litterarum propior est, bonamque praebet sententiam; et termes, qui <tamen> magis iuvabit agrestes ad arma rustica facienda quam venatores; cf. Columell. X. 121 *rutaque Palladiae bacae iutura saporem.*

132. **virga... / mater odorati... turis:** cf. Plin. XII. 51 *tura praeter Arabiam nullis, ac ne Arabiae quidem universae ...* (55) *nec arboris ipsius quae sit facies, constat...* (57) *qui mea aetate legati ex Arabia venerunt, omnia incertiora fecerunt, quod iure miremur virgis etiam turis ad nos commeantibus; quibus credi potest matrem quoque terete et enodi fruticare trunco;* ex postremis verbis patet eas virgas aptas esse hastilibus faciendis.
descendit: defertur.
Sabaeis: cf. Verg. Georg. II. 117 *solis est turea virga Sabaeis;* de Saba turifera iam apud Iesaiam 60.6 legimus. Erat Saba regio Arabiae; cf. Theophr. Histor. pl. IX. 4.

133. **odorati:** = odoriferi, Verg. Aen. VII. 13 *urit odoratam nocturna in lumina cedrum.*

multum pulcherruma: poetae comparativum comparativo superlativum superlativo vel alio adverbio augere non detrectaverunt; pedestri sermone Cicero fortasse primus superlativum auxit, ad Att. XII 38. 3, *quae maxime liberalissima doctoque homine dignissima;* tum Columella, postea Gellius, cf. *Schmalz,* Syntax und Stilistik, p. 615, *Monkium* ad Eurip. Hippol. 485, *Bootium* ad Cic. ad Att. XII. 38. 3, qui locum corruptum habet.

134. **illa** (sc. virga turea) **suos usus intractatumque decorem /... natalibus hausit / arbitriis:** illa suam proceritatem, quae eam utilem ad hastilia conficienda reddit, nacta est decretis nemorum dearum, tum, cum nata est.
intractatum: non arte et labore in proceram formam fictum.

136. **ficta:** ad proceritatem exculta.

137. **errant:** passim crescunt, cf. Verg. Bucol. 4. 19 *errantes hederas passim.*
nostris: opponitur vocabulo *Eois* (vs. 132), cf. vs. 40.

138. **termes:** nomen proprium fruticis, ut recte intellexit Vollmerus, cf. vs. 20, 132.

ad aera (A): Barthius ad hunc locum adnotat: „non est Latina haec scriptura. Scribendum *ad aethera* vel *in aera*." Burmanno, qui Barthii sollicitudinem de hac locutione ridiculam vocat, tamen non contigit, ut *ad aera* defendi posse probaret; „si *aera* sumas, pro quidquid est medium inter caelum et terras, an non recte termes dicitur exire *ad aera,* id est se tollere humo?" Minime equidem respondeo; quomodo aliquid, quod iam *in aere* est, se tollere potest *ad aera?* Neque quicquam prodest comparare adiectivum *aerius, aeriae arbores,* nihil prodest cum Burmanno citare Grattii versum 503: (de equo) *ardua fundet in auras / crura* aut cum Vlitio Verg. Georg. II. 363 *dum se laetus ad auras / palmes agit,* cum *ad* vel *in auras* = in caelum. Cum talibus argumentis *aera* defendi posse non putarem, cum Barthio Baehrensio Postgatio *ad aethera* recepi loci Ovidiani memor (Met. II. 532), ubi O habet *aethera,* F *aera,* sed nunc *aera* recte se habere mihi constat: *aer* enim hoc loco = *caelum,* ut Ammian. Marcell. XXIII. 6, 67 *aeris facies munda.*

140—149. Quomodo arbores, quae non sponte sua hastilibus aptae sunt, procerae fiant, docturus est poeta.

140 **luxuriam:** surculorum nimiam abundantiam, cf. Verg. Georg. I. 191 *luxuria foliorum;* Columella IV. 21 *luxuriosa vitis;* vid. etiam Cic. de orat. III. 155, *„gemmare vites, luxuriem esse in herbis, laetas segetes" etiam rustici dicunt;* Hes. Ἔργα 473. ὧδέ κεν ἁδροσύνῃ στάχυες νεύοιεν ἔραζε.

fetus: ramos, cf. Verg. Aen. VI. 141. *auricomos quam qui decerpserit arbore fetus.*

141. **frondosas:** proleptice: „si indulgeas, frondibus nimiis graventur" (Vollmer).

silvas: arbores.

142. **post ubi proceris generosa stirpibus arbor / se dederit:** Wernsdorfius, quem secutus est Postgate, legere vult *generosam se dederit* pro *generosa... se dederit* (A); conferri quidem possunt loci, quales sunt Grattius 103 *se iustior egit,* Verg. Aen. VIII. 465 *se matutinus agebat,* sed quaeritur num syllaba *sa* vocis *generosa* producatur a Grattio; in Elegia vocalis brevis ante duas consonantes nusquam producitur, nisi apud

Tibull. I. 6. 33 *tua si bona nescis / servarē; frustra clavis inest foribus*; I. 5. 28. *pro seget^{e} spicas, pro grege ferre dapem.*

Apud Vergilium contra saepius vocalis brevis ante duas consonantes producitur, cf. Georg. I, 153 *lappaequē tribolique interque nitentia culta,* I, 164 *tribulaquē traheaeque et iniquo pondere rastri,* I, 352 *aestusquē pluviasque et agentes frigora ventos,* I, 371 *Euriquē Zephyrique tonat domus.*

Apud Grattium tamen duobus tantum versibus, ut loci collecti docent:

141. detrahĕ; frondosas gravat indulgentia silvas
142. post ubĭ proceris generosa stirpibus arbor
165. in stabulis ultroquĕ gravem succedere tigrin
168. ille tibi et pecudum multo cum sanguinĕ crescet
253. hic et semiferam thoum de sanguinĕ prolem
259. volpin¯ species: tamen huic exacta voluntas
289. percensere notis iamque inde excernerĕ pravos
366. illa gravis labes et curis altior illis
372. aut merito veniast aut spes exirĕ precanti
412. sparsa malost ne diră trahant contagia volgus
451. o quisquis misero fas umquam in supplicĕ fregit
462. his lavĕ praesidiis adfectaque corpora mulce
500. corporă, praeveniens quondam est incommoda virtus
510. Garganumvĕ trucem aut Ligurinas desuper Alpes
527. cantatus Graiis Acragas, victaequĕ fragosum.

Vides Wernsdorfii coniecturam dignam esse, quae perpendatur; me tamen incertum, quid in textu ponerem, *generosa* an *generosam,* Ausonii locus impulit, ut sequerer codicem: confero enim Auson. Mosell. 448 *ast ego quanta mei dederit se vena liquoris.*

143. **teretisque ferent ad sidera virgae:** *ferent* A; Vollmerus adnotat: „neque intransitivus usus mihi probatur, nec credo *se* ex initio versus posse subaudiri", coniecitque *ferens,* ut *teretis virgae* sit genetivus; sed revera verbum *ferent* pronomen *se* a verbo *dederit* sumere discimus ex Aeneid. I 587: *scindit se nubes et in aethera purgat apertum; teretis,* nom. plur. cf. Sommer, Handbuch [1]), p. 416.

ad sidera: cf. Verg. Georg. II 427 (poma) *ad sidera raptim / vi propria nituntur.*

144. **stringe notas:** cf. Verg. Georg. II, 368: *stringe comas;*

notas recte interpretatur Vollmer: „loca in stirpe ubi rami erumpunt;" *stringe:* idem Vollmer explicat: „decide"; **gemmantis exige versus:** tolle ramorum exeuntium ordines sive series; *gemmantis* cf. Culex, 70: *gemmantes... per herbas.* 145, 146. Ex locis vulneratis (ex quo gemmae sunt decisae) defluet umor nocivus, qui vitiosos illos ramos alit, et venas (per quas umor fluit) ita durabit, ut *inertes* fiant, i. e. ut non iam sucum adferant ad novos ramos alendos. *Vitium* recte interpretatur Vollmer vitiosos ramos. *Sufficit* = praebet, cf. infra 530. Cum toto loco comparandus Verg. Georg. I, 84 sqq: *saepe etiam sterilis incendere profuit agros / atque levem stipulam crepitantibus urere flammis, / sive inde occultas vires et pabula terrae / pinguia concipiunt, sive illis omne per ignem / excoquitur vitium atque exudat inutilis umor, / seu pluris calor ille vias et caeca relaxat / spiramenta, novas veniat qua sucus in herbas, / seu durat magis et venas adstringit hiantis.*

Hic locus cum Grattii versibus collatus docere nos potest quomodo poeta venaticus imitetur: nam licet verba nonnulla ad Maronis elegerit exemplum, tamen novi aliquid narrat resque tractat, quae ab iis, quae apud Vergilium legimus, plane differunt; idem docent vs. 377, 410.

Sic quoque perspicuum est, cur noster utatur vocabulo illo satis obscuro *vitium:* ex Vergilio desumptum est.

147. **plena manu:** quaenam sententia sit horum vocabulorum dissentiunt viri docti. Burmannus collato Petron. 46 *manu plena eius scapulas verberavit* interpretatur *valide,* ut contra *digito tangere = leviter.*

148. **dum pomiferis advertitur annus / frondibus:** = dum autumnus appropinquat arboribus poma ferentibus; *annus* Germanice „Jahreszeit," Anglice „season," ut Tibull. I. 1. 13: *et quodcumque mihi pomum novus educat annus,* Verg. Georg. II, 516: *nec requies quin aut pomis exuberet annus,* Horat. III, 23. 8 *pomifero grave tempus anno:* his quoque locis voce *annus,* „autumnus" significatur. Tunc enim (autumno) tempus idoneum arboribus caedendis, cf. Hesiod. *Ἔργα,* 414—422.

pomiferis frondibus: ablat. qualit. = tempus anni, cum arbores poma ferunt. Si sic interpretamur, nulla opus est coniectura; minus enim felix hoc loco Vollmer, qui, pro *advertitur* scribens *avertitur, annus* „fructus", *avertitur* „decerpitur" explicat. Licet *annus* sic

explicari possit, (cf. 492 et Thes. l. L. II, p. 120. 26) *avertitur* pro *decerpitur* recte dici posse vix credo. Accedit quod verba *dum pomiferis advertitur annus / frondibus* defenduntur Vergilii Georg. II. 362 *dum prima novis adolescit frondibus aetas,* quem versum ante oculos habuit noster, sed more suo aliis utitur verbis, atque exemplum. Idem versus finis Columell. X. 160 *nulloque sono convertitur annus.*

149. **et tepidos autumnus continet imbres:** = dum autumnus tepidos imbres non effundit. „Tepidos imbres", inquit Burmannus, „autumno dat qui calore iam diminuto medius inter frigus hibernum est et aestivum calorem" recte comparans Manil. III. 664: *dum terra tepore / Autumni resoluta patet.*

De canibus.

150. **Sed cur exiguis tantos in partibus orbes / lustramus:** Burmannus adnotat: „cur *tot* regiones orbis lustro? ut Thraciam Italiam et Arabiam iam recensuit, unde lignum hastilibus venit; *tantos orbes* dixit pro *tot* partes orbis eqs", sed nihil aliud dicit poeta nisi hoc: „cur in ea parte operis quae minoris sit momenti tantis orbibus i. e. tantis ambagibus utor, cur in ea parte tam diu moror, quasi non alia sint digniora quae doceam."

151. **prima illa canum, non ulla per artis cura / prior:** prima nobis est cura illa canum, i. e. primum nobis agendum est de cura illa canum, qua nulla cura prior sit in tota arte venandi; pro *ulla per artis* (Sannazarus) codex A habet *nulla partis;* pluralis *per artis* defenditur versu 190 *ne vanum totas genus aspernere per artis.* Utitur Grattius hic Verg. Georg. III. 404 *nec tibi cura canum fuerit postrema.*

153. **nudo marte:** sola virtute, non arte confisus, cf. vs. 3 *nuda virtute,* et quae ad vs. 255 adnotavimus.

154. **mille canum patriae ductique ab origine mores:** cf. Oppian. I. 166 *ἵππων δ' αἰόλα φῦλα· τόσ' ἔθνεα μυρία πώλων.* Etiam hunc locum Grattii respexit *Manilius,* cf. Astronom. V. 199. *venatus non ille quidem, verum arma creatis / venandi tribuet, catulos nutrire sagacis / et genus a proavis, mores numerare per urbes;* cf. Nemesian. 237 *horum* (sc. canum) *animos moresque simul naresque sagaces / mox referam.*

ductique ab origine mores: cf. Ov. Metam. IX. 264 *nec quidquam ab origine ductum / matris habet.*

155. Scripserunt apud Antiquos de canibus: Aristoteles, Hist. Anim. VI. 20, Pseudo-Xenophon (Cynegeticus 3. 4, 7), Arrianus, (Cyneg.) Oppianus Apam. (Cyneg. I. 367—538), Varro (de re rustica II. 9), Vergilius (Georg. III. 404—413), Plinius (N. H. VIII. 142—154), Nemesianus (Cyneg. 103—236), Geoponica XIX. 2.

Medus: <canes> *a regionibus appellantur,* inquit Varro (de re rust. II. 9. 5), *Lacones, Epirotici, Sallentini;* bene adnotat Vlitius (ad vs. 194) „canes feminas hic omnes *sagaces* constituit, mares *bellicosos*".

156. **diversos... Celtas:** poeta cogitat de canibus Gallis in regione nutritis a Medorum patria longe remota *(diversos);* cum mirum videri possit quod inter Medos et Gelonos *Celtae* ponuntur, Radermacherus (Interpretation. Latinae, Rhein. Mus. 60 [1905] p. 249) coniicit auctorem quem Grattius sequatur *Κέλτας Γαλάτας,* Galatas, qui in Asia nascuntur, intellexisse; „ex Graeco", inquit, „fonte haurit, sed male haurit."

157. **Geloni:** cf. Herod. IV. 108 *Βουδῖνοι δὲ ἔθνος ἐὸν μέγα καὶ πολλὸν γλαυκόν τε πᾶν ἰσχυρῶς ἐστὶ καὶ πυρρόν. πόλις δὲ ἐν αὐτοῖσι πεπόλισται ξυλίνη· οὔνομα δὲ τῇ πόλι ἐστὶ Γελωνός... εἰσι γὰρ οἱ Γελωνοὶ τὸ ἀρχαῖον Ἕλληνες, ἐκ δὲ τῶν ἐμπορίων ἐξαναστάντες οἴκησαν ἐν τοῖσι Βουδίνοισι καὶ γλώσσῃ τὰ μὲν Σκυθικῇ, τὰ δὲ Ἑλληνικῇ χρέονται.*

Habitabant eam regionem, quae hodie „Ukraine" vocatur. Memorantur *Geloni* apud Vergilium, cf. Georg. III. 461. *Bisaltae quo more solent acerque Gelonus / cum fugit in Rhodopen atque in deserta Getarum.*

arma negant: cf. Ov. Ars am. I. 127 (de puellis Sabinis) *si qua repugnarat nimium comitemque negabat.*

158. **sed natura sagax:** cf. Halieut. 75 *quae laus prima canum, quibus est audacia praeceps / venandique sagax virtus viresque sequendi?* Enn. Ann. 345 Vahlen.

Perses: de hoc cane hoc dicit Keller, die antike Tierwelt I, p. 100: „in den heute russischen Steppen Asiens und Osteuropas wird einst der persische Jagdwindhund, der Barsoi, gezüchtet

worden sein — sei's dasz er von einem Wolfe oder von einem Windhunde oder von beiden zusammen stammt."

in utroque paratus: Perses et fortis est et sagax, cf. Sueton. Claud. 42 *cum utroque sermone nostro sis paratus;* similis finis versus apud Vergilium, Aen. II, 61 *fidens animi atque in (i. e. ad) utrumque paratus.*

159. **Serăs:** „Die Tibetdoggen," inquit O. Keller l. l. I, p. 108, „werden unter dem Namen von serischen d. h. chinesischen Hunden erwähnt und galten für äuszerst wild. Aus China stammt dieser Hund keineswegs, sondern umgekehrt lesen wir in chinesischen Chroniken, dasz im Jahre 1121 v. Chr. ein Tibethund auf Menschenjagd dressiert dem dortigen Kaiser als Geschenk gebracht worden sei. *Marco Polo* erzählt von Tibetdoggen, die an Grösze dem Esel gleichkamen und zur Jagd auf den gewaltigen Bergstier, den Yak, verwendet wurden. Auch die Assyrer kannten den Tibethund und sprachen von ihm als dem „Hund des Hochlandes" (altassyrisches Syllabar). Vielleicht haben sie zuerst ihn gezähmt und als regelrechten Jagdhund für groszes und gefährliches Wild gebraucht, so wie wirs auf dem schönen Relief des britischen Museums sehen, welches eine assyrische Wildpferdjagd mit Hilfe groszer Doggen darstellt".

Seres, *Σῆρες*, populus in ultimo Oriente, qui in ea Asiae parte quam nos „Chinam" dicimus habitabant cf. Strabon. 516, 696, 701/02; Mela, I, 11; III, 60; Plin. n. h. VI, 54, 88; XII, 84; XXXIV, 145, Ptol. geog. I, 11, 4/7; VI, 16; Pausan. VI, 26, 6/9; Amm. XXIII, 6, 64/68; Horat. carm. I, 12, 55/56 *subiectos Orientis orae Seras et Indos;* venatores erant, cf. Horat. carm. I, 29, 9 *doctus sagittas tendere Sericas.*

160. **Lycaones:** opponuntur canes Lycaones *vehementibus* Seribus, cf. Nemes. 50 *et varias cupimus facili cane sumere praedas;* facilis = mitis, cf. Ter. Heaut. II, 1, 15 (217) *ne ille facili me utetur patre.*

magnique armis: Vollmer *armis* hic a vocabulo *armus* repetit, *membris* interpretatus, quod tamen non probo, nam sic res dissimillimae inepte coniungerentur: hi canes mites sunt et habent armos magnos; ego interpretor: Lycaones faciles sunt et <tamen> magni in pugna, cf. versum 170 *magnus pugnator*, et vs. 173 *in armis;* Verg. Aen. II. 339 *maximus armis / Epytus.*

161. **Hyrcano:** sc. cani; Hyrcania sita erat prope Caucasum ad mare Caspium; de tigribus Hyrcanis legimus apud Vergilium Aen. IV, 367.

non Hyrcano satis est vehementia gentis / tanta suae: quamvis sit magna canis Hyrcani vehementia, non tamen hac contenta est.

gentis: *gens* Batave „ras".

162. **petiere ultro fera semina silvis:** solent canes feminae sponte sua in silvis fera semina petere i. e. tigribus misceri, cf. Aristot. qui Hist. anim. VIII, 27. 8 idem de canibus Indis narrat: *φασὶ δὲ καὶ ἐκ τοῦ τίγριος καὶ κυνὸς γίγνεσθαι τοὺς Ἰνδικούς, οὐκ εὐθὺς δέ, ἀλλ' ἐπὶ τῆς τρίτης μίξεως. τὸ γὰρ πρῶτον γεννηθὲν θηριῶδες γίγνεσθαί φασιν. Ἄγοντες δὲ δεσμεύουσιν εἰς τὰς ἐρημίας τὰς κύνας· καὶ πολλαὶ κατεσθίονται, ἐὰν μὴ τύχῃ ὀργῶν πρὸς τὴν ὀχείαν τὸ θηρίον.*

Aelianus, de natur. animal. VIII. 1 ex Aristotele pendens, haec narrat: *Ἰνδικοὶ λόγοι διδάσκουσιν ἡμᾶς καὶ ἐκεῖνα· τὰς κύνας ἄγουσιν ἐς τὰ ἔνθηρα χωρία οἱ θηρατικοὶ τὰς εὐγενεῖς τε καὶ ἴχνη καταγνῶναι θηρίων ἀγαθὰς καὶ ὠκίστας ἐς δρόμον, καὶ τοῖς δένδροις προσδήσαντες εἶτα μέντοι ἀπαλλάττονται, τοῦτο δήπου τὸ λεγόμενον ἀτεχνῶς κύβον ἀναῤῥίψαντες. Οἱ δὲ τίγρεις ἐντυχόντες αὐταῖς, ἀθηρίᾳ μὲν καὶ λιμῷ συμπεσόντες, διασπῶσιν αὐτάς· ἐὰν δὲ ὀργῶντες ἀφίκωνται καὶ κεκορεσμένοι, συμπλέκονται τε αὐταῖς καὶ τῆς ἀφροδίτης ἐν πλησμονῇ καὶ ἐκεῖνοι μέμνηνται. Ἐκ δὲ τῆς ὁμιλίας ταύτης οὐ κύων, φασίν, ἀλλὰ τίγρις τίκτεται· ἐκ δὲ τούτου καὶ κυνὸς θηλείας ἔτι τίγρις τεχθείη ἄν, ὁ δὲ ἐκ τούτου καὶ κυνὸς εἰς τὴν μητέρα ἀποκρίνεται, καὶ κατώλισθεν ἡ σπορὰ πρὸς τὸ χεῖρον, καὶ κύων τίκτεται.*

Plinius N. H. VIII. 147 *E trigibus eos Indi volunt concipi, et ob id in silvis coitus tempore alligant feminas; primo et secundo foetu nimis feroces putant gigni; tertio demum educant.*

Vides Grattium vel eius fontem non ex Aristotele pendere sed ex alio scriptore, nam apud nostrum *ultro* canes in silvas se conferre dicuntur, apud Aristotelem *vi* coguntur, neque apud quemquam trium scriptorum quos modo citavi legimus quae Grattius communi historiae addidit:

tunc et mansuetis tuto ferus errat adulter / in stabulis.

petiere: aoristus, cf. v. 45 *exterruit,* 184 *subierunt.*

163. **dat venus accessus:** libido eas impellit, ut tigres *ultro* petant.

blando foedere: vox *blandus* ex carminibus amatoriis notissima, cf. Ovid. I. 15. 18 *blanda meretrix.*

164. **mansuetis... in stabulis:** mansuetarum pecudum in stabulis.

tuto: a pastoribus non depulsus.

ferus adulter: tigris, cf. Claudian. de pardo, Consol. Mal. 304 *leaenae / nobiliorem uterum viridis corrupit adulter.*

165. **gravem:** ferocem, cf. Avian. Fab. 40 *sed quia nulla graves variarent terga leones.*

succedere: c. acc. cf. Liv. XXXI. 45. 5 *militum tam prompte succedentium muros.*

Nostro loco *succedendi* verbum „appropinquare coitus causa" significat.

166. **maiore:** nobiliore.

167. **sed praeceps virtus:** sed virtus <catulorum ex hoc foedere natorum> praefervida est, cf. Ovid. Halieut. 75 *quid laus prima canum? quibus est audacia praeceps.*

aula: locus circumsaeptus, ubi canes suas habent mansiones, cf. Horat. epist. I. 2. 65 *venaticus ex quo / tempore cervinam pellem latravit in aula / militat in silvis catulus;* Servius ad Verg. Aen. IX. 50 *Graeci αὐλάς vocant animalium receptacula unde in sacris aedibus et tribunalibus saepta quae turbas prohibent caulas vocamus.*

169. **quaecumque... sibi crimina fecit:** culpam, quam in se admisit; cf. Prop. IV. 4. 43 (Hosius) *quantum ego sum Ausoniis crimen factura puellis* = quantopere famae puellarum Ausoniarum nocebo.

170. **excutiet:** prorsus delebit, liberabit se (iis criminibus) cf. Ov. Met. X 426 *multaque ut excuteret diros si posset amores / addidit;* Cic. pro dom. 28 *illa calamitas, si ita est appellanda, excussit hoc genus totum maledicti.*

magnus: cf. quae ad vs. 155 adnotavimus.

171. 172. **Umber:** cf. O. Keller, die antike Tierwelt I. p. 124:

„ein feiner Leithund, an dem man Feuer und Geruchssinn rühmte der aber an Mut von anderen Rassen in Schatten gestellt wurde. Vermutlich is er abgebildet auf der Aes-grave-Münze von Hatria in Picenum" (Beschreibung d. Berlin. antik. Münzen III. 1 [1894] p. 13); etiam Vergilius canis *Umbri* mentionem facit cf. Aen. XII 751 *venator cursu canis et latratibus instat / ille* (cervus) *autem insidiis et ripa territus alta / mille fugit refugitque vias; at vividus Umber / haeret hians iam iamque tenet similisque tenenti / increpuit malis morsuque elusus inani est.* Sil. Ital. III. 294 *ceu pernix cum densa vagis latratibus implet / venator dumeta Lacon aut exigit Umber / nare sagax e calle feras.*

171. Verborum ordo est hic: Umber quos hostes repperit, idem adversos fugit, cf. *at clangore citat quos nondum conspicit apros.*

idem: cf. Verg. Aen. III. 157. 158 *nos tumidum sub te permensi classibus aequor, / idem venturos tollemus in astra nepotes.*

adversos: cum ferae eum adgrediuntur.

172. **fides:** coniunge cum *naris.*

173. **vellet:** arderet.

174. **freta:** ad freta, cf. Verg. Aen. I. 2 *Lavinaque... venit / litora*, II 742 *tumulum... venimus.*

Morinum: gens Celtica in Gallia Belgica inter Menapios Nervios Atrebatesque, in ea parte Galliae, unde brevissimus in Britanniam traiectus; a Caesare domita anno 57. 56; postea contra Romanos pugnaverunt, dum anno 29 a. Chr. n. a Carrinate pacati sunt; cf. Caes. B. G. III. 28; IV. 21.

freta... dubio refluentia ponto: cf. Auson. Mosella 32 *bivio refluus munimine pontus; dubius* pontus hoc loco vocatur, quoniam nunquam stabilis est, sed modo huc, modo illuc aestu suo agitur.

175. **Britannos:** canis Britannus saepius nominatur, cf. Oppian. I, 470 sqq. *ἔστι δέ τι σκυλάκων γένος ἄλκιμον ἰχνευτήρων, / βαιόν, ἀτὰρ μεγάλης ἀντάξιον ἄμμιν ἀοιδῆς / τοὺς τράφεν ἄγρια φῦλα Βρετανῶν αἰολονώτων.* Nemes. Cyneg. 225 *divisa Britannia mittit / veloces*

nostrique orbis venatibus aptos. Etiam Strabo mentionem facit canum Britannorum: IV, 5. 2, *ταῦτα δὴ κομίζεται ἐξ αὐτῆς* (Britannia) *καὶ δέρματα καὶ ἀνδράποδα καὶ κύνες εὐφυεῖς πρὸς τὰς κυνηγεσίας.* Nomen Britannicum horum canum *Agassaei* erat, cf. Oppian. I, 471 *αὐτὰρ ἐπικλήδην σφὰς Ἀγασσαίους ὀνόμηναν.* Imagines non supersunt, cf. Keller, Antike Tierwelt I, p. 114 „die britannisch-römischen Denkmäler zeigen weder Bulldoggen, noch Terrier, sondern den traditionellen antiken Jagdwindhund, z. B. das römische Mosaik einer Eberjagd aus Withington (Brit. Mus.)."

176. **quantum:** sc. emolumentum, quod canis Britannicus tibi praebet.

inpendia supra: = *supra impendia* <eius canis advehendi et alendi>.

177. **ad:** *quod attinet ad,* cf. Pompon. Mela II, 2 (de Thracia) *viros benignius alit, non ad speciem tamen, nam illis asper atque indecens corporum habitus.*

177. 178. Incertum quid Grattius scripserit; difficile enim „pronuis" (vs. 178) quod legitur in A; Postgatius „pronuis" servans sic edit:

si non ad speciem mentiturosque decores
pronuis! haec una est catulis iactura Britannis.

Nusquam tamen invenitur *pronuendi* verbum. H. Schenkl (Zu Grattius, p. 433) eodem modo interpungens *pronus es* conicit, non infeliciter, et haud dubie multo melius quam Sannazarus, qui *protinus* proposuit.

Vollmer comparato Oppian. Cyn. I, 474, qui describens *ἄγρια φῦλα Βρετανῶν* hoc genus *γυρὸν, ἀσαρκότατον, λασιότριχον, ὄμμασι νωθές* nominat, locum sic edidit:

o quanta est merces et quantum inpendia supra,
si non ad speciem mentiturosquĕ decores
(pronis haec una est catulis iactura Britannis),
at magnum eqs.

Sed vox *pronis* sic nimis obscura est; equidem mecum reputans Oppianum ante omnia canum Britannorum parvam staturam et exiguitatem commemorare pro „pronuis" legere velim parvis:

si non ad speciem mentiturosque decores
(parvis haec una est catulis iactura Britannis)

cf. Opp. I, 472 *τῶν ἤτοι μέγεθος μὲν ὁμοίϊον οὐτιδανοῖσι*
λίχνοις οἰκιδίοισι τραπεζήεσσι κύνεσσι.

181. **Molossos:** De Molossis saepius sermo est, cf. Aristoph. Thesm. 416 *καὶ προσέτι Μολοττικοὺς / τρέφουσι μορμολυκεῖα τοῖς μοιχοῖς κύνας.* Lucret. V, 1063; Georg. III, 405 *velocis Spartae catulos acremque Molossum / pasce;* Horat. Epod. 6, 5 *nam qualis aut Molossus aut fulvus Laco / amica vis pastoribus / agam per altas aure sublata nives / quaecumque praecedet fera;* Opp. I, 375 *χαροποὶ τε Μολοσσοί,* Nemes. Cyn. 107 *natam seu rure Molosso / non humili de gente canem.* Apud [Aristotel.] anim. hist. IX, 1. legimus: *τὸ δ' ἐν τῇ Μολοττίᾳ γένος τῶν κυνῶν τὸ μὲν θηρευτικὸν οὐδὲν διαφέρει πρὸς τὸ παρὰ τοῖς ἄλλοις, τὸ δ' ἀκόλουθον τοῖς προβάτοις τῷ μεγέθει καὶ τῇ ἀνδρίᾳ τῇ πρὸς τὰ θηρία. Διαφέρουσι δὲ οἱ ἐξ ἀμφοῖν ἀνδρίᾳ καὶ φιλοπονίᾳ, οἵ τε ἐκ τῶν ἐν τῇ Μολοττίᾳ γιγνομένων κυνῶν καὶ ἐκ τῶν Λακωνικῶν.*

Ex hoc loco profectus Kellerus (I. p. 103) bene sic disputat: „demnach haben wir die Existenz von zwei verschiedenen Molossern und von molossischen Bastardbildungen anzuerkennen. Die Münztafel zeigt uns auf den epirotisch-molossischen Münzen teils einen Bullenbeiszertypus, teils einen Typus der vom gewöhnlichen griechischen Jagdwindhunde sich nur durch plumpere Formen, starken dicken Hals und groszen, schweren, dabei aber doch spitzig zulaufenden Kopf unterscheidet.

Dieser letztgenannte Typus betrifft ohne Zweifel den epirotischen Jagdhund, von welchem der ebenerwähnte Aristoteliker nicht besonders erbaut ist. Und in der Tat dürfte diese Rasse wegen ihrer Schwerfälligkeit in den Augen der meisten Jäger hinter dem Lakoner oder Kreter sehr zurückgestanden sein, auch läszt sie sich nicht für besonders schön erklären. Anders steht es mit der erstgenannten Rasse, dem Bullenbeiszertypus. Diese wird noch weniger zum eigentlichen Waidwerk brauchbar gewesen sein".

182. **his:** canibus Britannicis.

Athamania: Athamanes, homines montani, habitabant in Epiri et Thessaliae finibus prope Aetoliam.

Quid post *Athamania* supplendum sit, incertum; Aldina *fraudes,* Vollmerus melius *gentes* proponit.

183. **Azorus:** hoc restituit Wernsdorfius pro *Acirus*(-que), quod legimus in A; *Azorus* enim a Ptolemaeo ut et *Pherae* inter praecipua Thessaliae oppida commemoratur; quamquam Wernsdorfii coniectura non certa est, tamen hoc recte intellexit nomen

gentis vel urbis in vicinia aliarum postulari, quod Heinsium *Argivus* conicientem fugit.

Digna, quae commemoretur etiam Ungeri coniectura (Electa critica, 1842. p. 1 sqq.) *Naryciusque* cf. Ovid. Metam. XIV. 468 *Naryciusque heros* (Aiax); *Νάρυξ*, inquit Stephanus, *πόλις Λοκρίδος*; *Locrenses* autem canes laudat Pseudoxenophon Cyneg. 10. 1. *πρὸς δὲ τὸν ὗν τὸν ἄγριον κεκτῆσθαι κύνας Ἰνδικάς, Κρητικάς, Λοκρίδας, Λακαίνας.* „Error apud Grattium", sic ipse scribit vir acutissimus, „inde ortus esse videbitur, quod librarius literam N initialem omiserit, ut eam postea minio aliove colore ornatius exararet. Quod restat, Acyrus, Arycus, Arycius non modo proxima sibi, sed etiam pari atque eodem statu esse inde intelligitur, quod fere nihil frequentius est ea scribentium aut loquentium levitate, qua duae unius vocabuli syllabae sic continuantur, ut primae litterae cum consonantes, tum vocales ordine collocentur appellenturve praepostero, ut Ov. Met. XII. 116 *Menoeten*, Planudes *Νεμήτην*;" vide longam seriem illustrium exemplorum, quam Ungerus addidit.

Wernsdorfii tamen coniectura minus longe abest a litteris traditis.

Longe aliter de toto loco iudicat Henricus Schenkl (zu Grattius, p. 436). Is versu 182 *fraudes* supplens putat *Athamanes*, *Pheraeos*, *Acarnanes* non canes, sed homines esse, quibus canes Molossi calliditate nihil omnino cedant; scriptores enim venaticos canes Acarnanes Thessalosque non nosse.

Sed ut ex nostris ad vs. 183 de *Pheraeis* et ad vs. 185 de *Acarnanibus* adnotationibus videre potes, hi canes revera nominantur, et utroque loco de canibus venaticis sermo est.

Pheraeque: de his canibus legimus apud Plutarchum, Pelop. 29 quo auctore Alexander Pheraeus *ζῶντας μὲν ἀνθρώπους κατώρυττεν, ἑτέροις δὲ δέρματα συῶν ἀγρίων καὶ ἄρκτων περιτιθεὶς καὶ τοὺς θηρατικοὺς ἐπάγων κύνας καὶ διέσπα και κατηκόντιζε παιδιᾷ ταύτῃ χρώμενος.* Keller (I. p. 126) putat eos eiusdem generis atque Molossos fuisse: „bestanden doch viele Freundschaften zwischen dem sportliebenden thessalischen Adel und dem molossischen Königshofe: so war Menon von Pharsalos mit dem Könige der Molosser Aiakides verschwägert.".

183. **clandestinus Acarnan:** cur hic canis *clandestinus* vocetur, duo sequentes versus docent.

184. **sicut Acarnanes subierunt proelia furto:** cf. Thucyd. III. 108 *οἱ ἐκ τῆς ἐνέδρας Ἀκαρνᾶνες ἐπιγενόμενοι αὐτοῖς κατὰ νώτου προσπίπτουσί τε καὶ τρέπουσιν.*

subierunt: cf. 257 *subiere astu; subeundi* verbum de fraude et furtiva aggressione adhibetur, cf. Propert. I. 9. 26 *acrius ille* (sc. Amor) *subit, Pontice, si qua tua est;* Ovid. Amor. I. 2, 5. 6 *nam, puto, sentirem, si quo tentarer amore. / an subit et tacita callidus arte nocet;* Heroid. XVIII (Hero) 55. 56 *sic ubi deceptae pars est mihi maxima noctis / acta, subit furtim lumina fessa sopor.* Confer *supervenit* versu 185.

furto: furtim.

185. **canis illa:** Cynegetici scriptores canes *feminas* nominare malunt quam *mares*, quod illae multum sint animosiores.

De canibus Acarnanibus etiam apud Babrium legimus, fab. 85, (ed. Crusius) 10. *οἱ δ' ἐκ Μολοσσῶν εἰσιν οἱ δ' Ἀκαρνάνων.*

186. **clangore:** cf. [Xen.] Cyneg. 3. 21. *αἱ δ' ἐκ τῶν ἰχνῶν κεκλαγγυῖαι ἐξαπατᾶν πειρῶνται κτλ. Clangor* differt a *latatru*, ut *κλαγγή* a voce *ὑλαγμός*.

citat: = excitat; cf. Lucret. V. 1250-51 *nam fovea atque igni prius est venarier ortum / quam saepire plagis saltum canibusque ciere;* Ovid. Halieut. 78 *et produnt clamore feram.*

187. **malignum officium:** industria venantibus maligna, quia fera latratu mota occasionem habet evadendi.

188. **illa... convicia rupit:** convicium est vox inordinata et confusa, cf. Ov. Met. XI. 600 *non moti flamine rami / humanaeve sonum reddunt convicia linguae.* Phaedr. I. 6. 4 sqq. *clamorem ranae sustulere ad sidera. / convicio permotus quaerit Iuppiter / causam querellae.*

rupit: Verg. Aen. XI. 377 *dat gemitum, rumpitque has imo pectore voces,* cf. Graecum illud *ῥήγνυμι φωνήν.*

Bene explicat Vollmer: *fecit ut erumpant latratus.*

189. **nimius... favor:** nimium et praematurum studium, nimia voluptas, cf. 230 *sed ne qua ex nimio redeat iactura favōre,* 240 *ut ne prima faventem pignora fallant;* verbum *favendi* saepe adhibetur de iis, qui vana quadam alicuius rei voluptate tenentur, cf. Ov. Met. III. 388 (Echo) *et verbis favet illa suis* = delectatur.

190. **vanum:** ut inutile.

totas... per artis: venandi artes tres sunt robur, odor, velocitas.

191. **quantum nare merentur:** quanta eorum „sollertia naris" (cf. vs. 172) est; *merentur* = praestant.

192. **tum non est victi quoi concessere labori:** nullus labor est, cui unquam defessi cesserunt vel impares fuerunt; vulgo dicitur *cedere labori,* sed conferendum est *concedere somno* (Nemes. Buc. II. 43).

De generibus miscellis.

193. **idcirco:** quoniam nullum canum genus ab omni parte placet.

idcirco variis miscebo gentibus usum: hypallage = *miscebo variarum gentium* canes, quibus ad venationem *utor* = curabo ut diversi generis canes, quibus utor, inter se <coitu> misceant.

De generibus miscellis legimus apud [Aristotelem], hist. anim. IX. 1, ubi commemorantur, οἵ τε τῶν ἐν τῇ Μολοττίᾳ γιγνομένων κυνῶν καὶ ἐκ τῶν Λακωνικῶν.

Eandem rem atque Grattius tractat Oppianus; legimus apud Oppian. I. 393:

ἔθνεα σοὶ δὲ κυνῶν θαλαμηπολέοντι μελέσθω
ἄρμενα τ' ἀλλήλοισιν ἐοικότα τ' ἔξοχα φῦλα.
Ἀρκάδας Ἠλείοις ἐπιμίσγεο, Παίοσι Κρῆτας,
Κᾶρας Θρηϊκίοις, Τυρσηνὰ γένεθλα Λάκωσι,
Σαρματικόν τε πόσιν φορέοις πρὸς Ἰβηρίδα νύμφην·
ὧδε μὲν εὖ κεράσειας.

Iure tamen adnotat Vlitius: „non pari sane, qua Grattius, peritia in miscendis canibus utitur Oppianus, cum et sexum non distinguit (cf. nos ad 155) et sagaces cum sagacibus, bellicosos cum bellicosis coire iubet".

194. **quondam:** = *aliquando, interdum,* cf. Grattium 500, *praeveniens quondam est incommoda virtus,* Ov. Fast. II. 799. de Lucretia, *sed tremit ut quondam stabulis deprensa relictis / parva sub infesto cum iacet agna lupo,* Hor. carm. II. 10. 18 *quondam citharae tacentem / suscitat musam.*

inconsultis: temere in agris errantibus, quia carent naris sollertia.

mater Umbrica: etiam Verg. Aen. XII. 753 Umbrum *vividum* vocat; cf. Grattium vs. 172.

Gallis: idem sunt qui supra *Celtae* (= Galatae, Asiae canes) appellantur.

195. **sensum agilem:** agilitatem.

animos: virtutem.

Gelonae: cf. supra vs. 157 *arma negant contra martemque odere Geloni.*

196. **Hyrcano:** cf. supra vs. 167.

vanae tantum... linguae / ...vitium: vocabulum *tantum* multis languere visum est, ex quibus Heinsius infeliciter *incautum*, Sternius *natum* proposuit „naturale" interpretans. Ego, vulgatam recte se habere ratus, vocabulorum sensum sic expono: Calydonia <canis> tantum (= molestissimum) linguae vanae vitium exuet, si a patre Molosso genus trahit.

Calydonia: quam supra, v. 187, *Aetolam* nominavit; Calydon urbs est Aetoliae, unde Aetolia „Calydonia" vocari potest.

197. **exibit:** exeundi verbum hic transitivum est, cf. Verg. Aen. V. 438 *corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit;* XI. 750. *vim viribus exit;* Lucret. V. 1330 *nam transversa feros exibant dentis adactus / iumenta;* Manil. V. 164 *nunc exire levis missas, nunc mittere palmas;* apud nostrum vs. 414 *disce vias et qua sinit, artibus exi;* 495 *seu tibi fatorum labes exire minasque cura prior.*

198. **scilicet ex omni florem virtute capessunt:** ex omnibus patris matrisque virtutibus florem, i. e. id quod optimum est, promunt catuli.

199. **sequitur:** intrans.; transfertur haec figura, id quod bene adnotat Vollmer, a cera quae manum artificis *sequi* videtur; v. d. Curcio non recte *eos* supplet: „la natura li favorisce" vertens.

199. **leve... opus:** venatio minoris laboris.

200. **tangit:** capit, delectat, cf. Seneca, Phaedr. 28 *si quem tangit gloria silvae.*

pavidosque iuvat conpellere dorcăs: vocabuli *dorcas* nominativus non est *dorca, ae,* id quod putat v. d. Curcio, sed *dorx,* cf. Gr. *δόρξ; dorx* apud Grattium solum invenitur, usitatius est *dorcas, adis,* cf. Mart. XIII, 98 *delicium parvo donabis dorcada nato,* X, 65 *dorcas fugax;* cf. Sen. Phaedr. 61, *nunc veloces figis dammas / leviore manu.*

201. **versuta sequi leporis vestigia parvi:** cf. [Xen.] Cyneg. 8, 3 *ἐὰν δ᾽ ἐπηλλαγμένα ᾖ* (sc. *τὰ ἴχνη*), *ἐκ τῶν αὐτῶν πάλιν εἰς τὸ αὐτὸ ἥκοντα κύκλους ποιούμενον ἐκπεριιέναι τὰ τοιαῦτα ζητοῦντα ὅποι ἔξεισι. πολλὰ δὲ πλανᾶται ὁ λαγῶς ἀπορούμενος ὅπου κατακλιθῇ, ἅμα δὲ καὶ εἴθισται τεχνάζειν τῇ βαδίσει διὰ τὸ διώκεσθαι ἀεὶ ἀπὸ τῶν τοιούτων.* Verbum *τεχνάζειν* adiectivum *versuta* apud Grattium optime illustrat.

202. **Petroniost haec fama cani:** hoc canum genus nusquam commemoratur nisi hoc loco, neque igitur quicquam certi de eo compertum habemus; exstat tamen glossa apud Festum: „Petrones a petrarum asperitate et duritia dicti" quapropter Vlitius nostras nomen *Petronium* cum voce *πέτρα* cohaerere putat. „Petronii canes, inquit, <appellantur> quia ita *solidos calces* habent, ut petras et rupes etiam illaesi percurrant".

203. **et pictam macula Vertraham delige falsa:** *Vertraha* vel *vertragus* = Germ. *Windhund,* cf. Arrian. Cyneg. 3. 6 *αἱ δὲ ποδώκεις κύνες αἱ Κελτικαὶ καλοῦνται μὲν οὐέρτραγοι φωνῇ τῇ Κελτῶν, οὐκ ἀπὸ ἔθνους οὐδενός, καθάπερ αἱ Κρητικαὶ ἢ Καρικαὶ ἢ Λάκαιναι, ἀλλ᾽ ὡς τῶν Κρητικῶν αἱ διάπονοι ἀπὸ τοῦ φιλοπονεῖν καὶ αἱ ἰταμαὶ ἀπὸ τοῦ ὀξέος καὶ αἱ μικταὶ ἀπ᾽ ἀμφοῖν οὕτω ἀπὸ τῆς ὠκύτητος.* Arrianea vocabuli *Vertraha* vel *Vertragus* explicatio recte se habet, cf. excursum.

pictam macula... † falsa: cf. Arrian. Cyneg. 3. 7, *τὴν δὲ ἰδέαν καλόν τι χρῆμά εἰσιν κατά τε τοὺς ὀφθαλμοὺς αἱ γενναιόταται αὐτῶν καὶ κατὰ τὸ σῶμα ἅπαν καὶ τὴν τρίχα καὶ τὴν χρόαν· οὕτω ταῖς τε ποικίλαις ἐπανθεῖ τὸ ποικίλον καὶ ὅσαις ἁπλῆ ἡ χρόα ἐστίν, ἀποστίλβει καὶ αὕτη, καὶ ἔστιν ἥδιστον θέαμα ἀνδρὶ θηρευτικῷ.*

Ad vocabulum *falsa* explicandum complures tentatae sunt interpretationes; Vlitius interpretatur: falsa = „diversicolore", Burmannus intelligit colorem aliquem ex fulgore repercusso ortum, (German. Gegenschein), Wernsdorfius cogitat de macula quae non

est vera vitiumque falso refert. Quae tamen in voce *falsa* non insunt; quapropter Johnson *fulva* (idem postea H. Schenkl, Zu Grattius etc. p. 441) aut *flava* proposuit.

„Solent" enim inquit Vlitius, „optimae Vertrahae nigris flavisque mixtim virgis luporum luciorum terga potissimum referre" sed neque Vollmero Iohnsonii coniectura tam certa videtur, ut eam in textu ponere ausus sit, neque mihi ab omni parte placet, cum nusquam appareat has maculas non nisi *fulvas* vel *flavas* fuisse. Equidem pro *falsa* propono *sparsa;* vocalis brevis ante duas consonantes apud Grattium fere nusquam producitur, ut ad vs. 144 adnotavimus.

Commemoratur canis noster a Martiale XIV. 200 (canis vertragus) *non sibi, sed domino venatur vertragus acer / illaesum leporem qui tibi dente feret;* III. 47, 11 *leporemque laesum Gallici canis dente;* Firmic. Matern. Math. V. 8.

204. **ocior adfectu mentis pennaque cucurrit:** *cucurrit* ἀόριστος, cf. vs. 45; *ocior adfectu mentis pennaque* cf. Hom. Odyss. VII. 36 τῶν νέες ὠκεῖαι ὡς εἰ πτερὸν ἠὲ νόημα, Cic. Tusc. I. 43 *nihil est animo velocius.*

205. **premit:** *premere* est ita prope insequi feram, ut elabi non possit, cf. Verg. Aen. I. 324 *aut spumantis apri cursum clamore prementem;* Georg. III. 413 *ingentem clamore premes ad retia cervum;* Sil. Ital. X. 124 *haud secus ac Libyca fetam tellure leaenam / venator premit obsesso cum Maurus in antro.*

207. **maturo... lusu:** Sternius locum sic intelligit: „quodsi intra maturum ac moderatum lusum reprimere gaudia possent et continere..."; mihi *lusu* dativus finalis esse videtur, cf. apud Propertium II. 3. 7. *studiis vigilare severis.*

pressantes: = reprimentes; frequentativum e sermone familiari haustum est, cf. Schmalz, Syntax und Stilistik [4], p. 633.

pressantes gaudia i. e. non latrantes.

208. **dissimulare:** dissimulat canis feras, dum eas ignorare videtur cf. Plaut. Miles Glorios. 992, ubi Milphidippa dicit: *dissimulabo, hos quasi non videam.*

209. **metagontes:** nomen huius generis canum apud nullum

alium scriptorem redit: cur sic nominentur non constat; „μετάγοντες dicti", inquit Vlitius, „quia μετάγεται καὶ συγκέκραται ἡ φύσις αὐτῶν", (μετάγω = transferre), cui adstipulatur v. d. Curcio μετάγων „cane di razza incrociata".

Melior videtur Burmanni explicatio, qui dubitanter rogat an metagontes possint dici ab investigando et persequendo feras, cum Hesychius μετάγει interpretetur μεταδιώκει. Haec Burmanni opinio lepidissime confirmatur ioco aliquo Diogenis, quem servavit Diogenes Laertius VI. 2. (55).

Nam, ut recte observavit vir doctus R. Johannes (De studio venandi apud Graecos et Latinos, diss. Göttingen, 1907, p. 47), latet in eo dicto venatica translatio; cum enim videret Diogenes μειράκιον φιλοσοφοῦν, εὖγε εἶπεν ὅτι τοὺς τοῦ σώματος ἐραστὰς ἐπὶ τὸ τῆς ψυχῆς κάλλος μ ε τ ά γ ε ι ς.

habetis: pronomen *vos* omittitur, ut aliis poetarum locis; cf. Hor. serm. II. 3. 211—13:

Aiax cum immeritos occidit, desipit, agnos;
cum prudens scelus ob titulos admittis inanis,
stas animo?

In sermone pedestri exspectaremus: *tu* cum prudens. Horat. ep. II. 2. 91 carmina *compono,* hic elegos; Ovid. her. VI. 135 prodidit illa patrem, *rapui* de clade Thoanta. XII. 187 si tibi *sum* vilis, communis respice natos XVII. 99 quam multos credis iuvenes optare, quod *optas?* XIX. 185 quod *cupis,* hoc nautae metuunt.

211. **at:** coniungit haec cum praecedentibus, ut v. 260.
vestrum: o Metagontes.
non vile: nobilissimum.

211/12. A Vollmero sic eduntur:

at vestrum non vile genus, non patria. volgo
Sparta *suos* et Creta *suos* promittit alumnos.

Suos bis repetitum non molestum, ut patet e locis a Vollmero citatis Stat. Silv. II. 2. 83 *una* tamen cunctis, procul eminet *una* diaetis; Val. Flacc. II. 168 *oscula* iamque toris atque *oscula* postibus ipsis / ingeminant.

Sed aegre caremus obiecto *eos* verbi *promittit,* quapropter cum Schenklio pro priore pronomine *suos* restitui *quos.*

promittit: Sternius confert Ov. Met. VIII. 293 *et frustra exspectant promissas horrea messes,* qui locus ad nostrum expli-

candum nihil prodest. V. d. Curcio *promittit* reddit vocabulo *„vanta"*, nullis locis παραλλήλοις additis. *Promittendi* verbum hoc loco = *profiteri;* cf. Verg. Aen. IV. 487 *haec se carminibus promittit solvere mentes;* Petron. Sat. C 10 *et tu literas scis, et ego, ne quaestibus tuis obstem, aliquid aliud promittam;* qui professores sunt artium, *promittere* dicuntur; saepius adhibetur verbum de arrogantibus ludi magistris aliisve hominibus fastu tumentibus. Ut igitur dicimus *se patrem infantis profiteri,* sic nostro loco Sparta et Creta metagontes suos profitentur alumnos.

vulgo... promittit: = vulgo dicitur profiteri.

Canes *Lacedaemonius* et *Cretensis* iam Pseudo-Xenophontis aetate noti erant: Cyneg. 10. 1 πρὸς δὲ τὸν ὗν τὸν ἄγριον κεκτῆσθαι κύνας Ἰνδικάς, Κρητικάς, Λοκρίδας, Λακαίνας κτλ. Sen. Phaedr. 34 *et pugnaces tendant Cretes / fortia trito vincula collo. / at Spartanos / (genus est audax avidumque ferae) / nodo cautus propiore liga.* Oppian. de Venat. I 372. Ἀρκάδες, Ἀργεῖοι, Λακεδαιμόνιοι Τεγεῆται, I. 395 Ἀρκάδας Ἠλείοις ἐπιμίσγεο, Παίοσι Κρῆτας Nemesian. Cyneg. 123 *sed non Spartanos tantum, tantumve Molossos / pascendum catulos.*

Laus Hagnonis.

213 sqq. **Boeotius Hagnon** primus fuit, qui cane uteretur inductore, ut loro collari aptato sequentem se per vestigia ad ferarum cubilia duceret. „Forte huc facit", inquit Barthius, „quod apud Joannem Salesburiensem legi Thebanos primos venationem aggressos esse", Polycraticus I. 4.

lorum: cf. Plin. N. H. VIII. 147 *scrutatur vestigia atque persequitur, comitantem ad feram inquisitorem l o r o trahens;* Senec. Thyest. 497 *sic, cum feras vestigat et longo sagax / l o r o tenetur Umber;* cf. imagin. 1. p. 24.

214. **Glympice:** cf. Polyb. V. 20 Γλυμπεῖς χωρίον, ὃ κεῖται περὶ τοὺς ὅρους τῆς Ἀργείας καὶ Λακωνικῆς.

te silvis egit: in silvas.

215. **Hagnon Astylides:** eius venatoris nusquam mentio fit nisi hic. Patronymicum *Astylides* referendum videtur ad *Astylum,* centaurum, qui nobis ex Ovidii Metamorphosesin notus est, XII. 307:

quique suis frustra bellum dissuaserat augur / *Astylos,*

ubi *Astylos* recte legitur in codicibus aliquot recentioris aetatis ab Heinsio adhibitis, codice Marciano Florentino (M) exhibente „astilus", pro quo falso editur *Asbolos* a Baumgarten-Crusio (1834).

Alia atque Grattius narrat Oppianus, II. 18.

πρὸς δὲ μόθους θηρῶν κύνας ὥπλισε καρχαρόδοντας
διογενὴς πρῶτος Λακεδαιμόνιος Πολυδεύκης·
καὶ γὰρ πυγμαχίῃσι λυγροὺς ἐναρίξατο φῶτας
καὶ σκυλάκεσσι θοοῖς βαλιοὺς ἐδαμάσσατο θῆρας.

216. **gratia:** grata mens = grati posteri.

per nostros usus: = dum venandi artem exercemus, in arte venandi exercenda, cf. 151 *prima illa canum, non ulla per artis / cura prior.*

unum testabitur: = unicum inventorem habebit; *unus* = *unicus,* cf. Horat. Serm. II. 6. 57 *iurantem me scire nihil mirantur ut unum / scilicet egregii mortalem altique silenti;* Serm. II. 3. 24 *hortos egregiasque domos mercarier unus / cum lucro noram.*

217. **trepidas artis:** nondum stabilitas.

vix sedentes: nondum firmae, cf. Plin. N. H. II. 24. *sedere coepit sententia.*

218. Totus versus sic construatur: hic vidit qua propior via trepidas artes et ob novitatem vix sedentes peteret i. e. ubi facilior via duceret ad artes adhuc recentes immaturasque.

propior: cf. initium nostri carminis, vs. 5 *post alia, propiore, via meliusque profecti,* ubi *propior,* ut nostro loco = *facilior.* Comparetur etiam vox Graeca *μέθοδος.*

turbam: famulorum, cf. Hor. Epist. I. 6. 58: ubi legimus de Gargilio quodam, venatore *qui mane plagas, venabula* servos / *differtum transire forum populumque iubebat;*

Ov. Met. VII. 804, ubi Cephalus et alia et haec narrat:

sole fere radiis feriente cacumina primis
venatum in silvas iuvenaliter ire solebam;
nec mecum famuli nec equi nec naribus acres
ire canes nec lina sequi nodosa solebant:
tutus eram iaculo.

219. **contraxit:** in unum locum, ut *classem contrahere.*

turbam comitem: cf. Prop. II. 31. 4 *inter quas Danai*

femina turba senis; Ov. rem. 586 *quae relevet luctus, turba sodalis abest;* Fast. III. 582 *incola turba*, cf. Rothsteinium ad Propert. I, 13.

nec vasa tenentia longe: omnis generis supellex *vasorum* nomine significatur, cf. Plaut. Aulul. (Lindsay) 95. 96: *cultrum securim pistillum mortarium / quae utenda* **vasa** *semper vicini rogant;* Ulpian. Dig. 33. 7. 8 **vasa** *quae utilia culturae sunt, aratrum, ligones, sarcula, falces, bidentes;* sic *vasa* instrumenta venatoria et, comparato Nemesiani versu trecentesimo... *longoque meantia retia tractu, retia* dicere Grattius videtur. Idem versus nos docet *tenentia longe* significare „quae per longum spatium procedunt", conferendi sunt ii loci, ubi *tenere* intransitive adhibetur non de spatio, ut hic, sed de tempore, e. g. Liv. XXIII. 44. 6 *imber continens per noctem totam usque ad horam tertiam diei insequentis tenuit*, cf. Drakenborch ad Liv. IV. 7. 7.

220. **operi petito:** *praedae petitae*, Ov. Ars Am. II. 2 *decidit in casses praeda petita meos.*

De metagonte.

221. **adsumptus metagon:** cf. Aelian. Nat. Anim. VIII. 2 *ἐπάγεται τὸν θηρατὴν προθυμῶς τε καὶ καρτερικῶς εὖ μάλα ὁ κύων.*
lustrat: errat; plerumque transitive ponitur, cf. Cic. de Finib. V. 29 *Pythagoras et Aegyptum lustravit*, Prop. II, 22. 3 *nulla meis frustra lustrantur compita plantis*, Verg. Buc. 10. 55 *interea mixtis lustrabo Maenala Nymphis / aut acris venabor apros;* intransitive, ut nostro loco, adhibetur apud Priscian. Perieg. 892 *trans istam, Zephyri sub partes, degit Erembum / speluncis genus infelix et rebus egenum / qui solis radiis nigrescunt corpus adusti / dispersique dolent l u s t r a n t e s more ferarum;* Lucil. (Fragm. Poet. Rom. ed. Baehrens 721) *quem sumptum facis in lustris, circum oppida lustrans.*

223. **primae lucis opus:** iam Homeri aetate venatores summo mane venatum eunt, cf. Odyss. XIX 428 *ἦμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος Ἠώς / βάν ῥ' ἴμεν ἐς θήρην, ἠμὲν κύνες ἠδὲ καὶ αὐτοί;* Ov. Met. VII, 804, quem locum ad versum 218 supra citavi; Nemesian. vs. 324. 325 *venemur, dum mane novum, dum mollia prata / nocturnis calcata feris vestigia servant.*

signa vapore ferino: vapor ferinus i. e. odor, quem fera in

locis, per quae transiit, relinquit, a cane naribus captatur, ostenditque qua via ierit fera. Oppian. Cyneg. I, 467 vaporem illum *θήρειον ἀυτμήν* nominat; totus autem locus nostrum optime illustrat:

ἐχθρὸν ἔαρ δὲ κύνεσσι, φίλον δὲ πέλει φθινόπωρον·
εἴαρι γὰρ βοτάνῃσιν ἄδην ποιητρόφος αἶα
ἄνθεσι πληθύει τε πολύπνοος, ἀμφὶ δὲ πάντῃ
εὐστέφανοι λειμῶνες ἀνήροτα πορφύρουσι,
καὶ πᾶσαν στιβέεσσιν ἐϋῤῥίνοισι κύνεσσιν
ὀσμὴν πρεσβεύτειραν ἀμαλδύνουσιν ἄρουραι.
αὐτὰρ ἐν εὐκάρπῳ γλυκεροσταφύλῳ φθινοπώρῳ
ποῖαι καὶ βοτάναι καί τ᾽ ἄνθεα γηράσκουσι,
γυμνὴ δὲ σκυλάκεσσι μένει θήρειος ἀυτμή.

Versus 223—225 sic explicandi sunt: si in eo loco <ubi canis feram quaerit> turba est <plurium vestigiorum, quae reliquit fera>, qua turba fallitur <metagon> vaporis ferini signa legens, maiore gyro spatia extera secat i. e. maiore gyro currit, dum reperiat qua tandem via fera egressa sit.

224. **intemerata:** = pura, i. e. nondum cum odore aliarum ferarum mixta.

eius: poetae casus obliquos pronominis *is, ea, id* rarissime adhibent; Ovidius genitivo *eius* non utitur nisi Metam. VIII, 16 *saxo sonus eius inhaesit;* Trist. III, 4. 27; ex Pont. IV, 15. 6.

225. **secat spatia:** cf. Verg. Aen. VI, 899 *ille viam secat ad navis,* XII, 368 *sic Turno, quacumque viam secat, agmina cedunt,* Eurip. Phoeniss. 1, *ὦ τὴν ἐν ἄστροις οὐρανοῦ τέμνων ὁδόν.* Anglice *to cut one's way.*

spatia: spatia tramitem vocat qui *πρὸς τὰ εὐναῖα* ducit.

225. **gyro:** cf. Ovid. Metamorph. VII, 781 *modo deprendi, modo se subducere ab ipso / vulnere visa fera est, nec limite callida recto / in spatiumque fugit, sed decipit ora sequentis / et redit in gyrum, ne sit suus impetus hosti.*

226. **egressu:** „ferae e latibulis" si Barthio et Vollmero credimus. Vlitius contra interpretatur: egressus vestigiorum a loco illo, quo turbata erant, ad cubile procedentium.

sine fraude: haec vocabula cum voce *egressu* coniungenda sunt; *egressu sine fraude* = vero tramite.

iam tum: *iam* = tandem; *tum:* postquam maiore gyro cucurrit.

227. **incubuit:** currere solet; perfectum enim habet vim aoristi Graeci; cf. Ovid. Met. X, 657 *nunc, nunc incumbere tempus! / Hippomene, propera.*

Post hoc verbum interpunxit Gronovius, ut *spatiis* coniungeretur cum voce *Lechaeis.*

spatiis.... Lechaeis: stadio quod est prope Lechaeum, Corinthi portum.

spatiis: cf. Verg. Georg. I, 512 *cum carceribus sese effudere quadrigae, / addunt se in spatia.*

permissa: inmissa.

228. **Thessalium quadriga decus:** Thessalii equi praestantissimi erant, cf. quae adnotavimus ad 502.

229. **spes ambitiosa coronae:** cf. Halieutica 66/67 *hic generosus honos et gloria maior equorum, / nam capiunt animis palmam, gaudentque triumpho. / seu septem spatiis Circo meruere coronam.*

230. **sed ne qua ex nimio redeat iactura favore:** sed ne elabatur fera prope deprensa propter nimium canis studium.

nimio favore: = nimio studio, cf. vs. 240 *faventem.*

231. **officiis:** canis studio atque ardori.

neu voce lacesseret hostem: sc. inter investigandum; id quod inconsulte nimis inductor canis apud Oppianum facit IV, 364 *ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκωνται / εὐπλανέος στιβίης θηρός τε παναίολον εὐνήν, / αὐτίχ' ὁ μὲν θρώσκει παλάμης ἀπὸ θηρητῆρος, / οἰκτρὰ μάλ' ὑλακόων, κεχαρημένος ἔξοχα θυμόν.* Illo enim latratu fera excitatur, antequam retia disponantur.

Confer cum Grattii praecepto versus Oppiani I. 449/50 *μηδ' ὑλάειν ἐθέλοιεν· ἐπεὶ μάλα θηρευτῆρσι / σιγὴ τέθμιός ἐστι, πανέξοχα δ' ἰχνευτῆρσιν* et Stat. Achill. I. 746 *velut ille cubilia praedae / indubitata tenens m u t o legit arva M o l o s s o / venator, videat donec sub frondibus hostem;* quae inductoris officia sint, bene enumerat Aelianus, anim. histor. VIII. 2 *προηγεῖται τοῦ κυνηγέτου, ἱμάντι μακρῷ προσημμένος καὶ ῥινηλατεῖ τῆς φ ω ν ῆ ς ἔ χ ω ν ἐ γ κ ρ α τ ῶ ς.* Cum autem loco quem ostendit canis a venatore indagine clauso tempus sit feram excitandi, *ἐνταῦθα τοῦ καιροῦ,* inquit idem scriptor, *ὑλάκτησεν ὁ κύων. νοεῖ δ' αὐτῷ τηνικαῦτα ἡ βοὴ εἰς ἀνάστασιν τὸν σῦν ὑποθῆξαι, ἵνα ἐμπέσῃ φεύγων καὶ τοῖς δικτύοις καταληφθῇ.*

232. **propioris pignora lucri:** vestigia ferae alterius propius latentis; vestigia pignora sunt feram adesse. Vetat igitur lex canem concepto semel odore desistere, cf. Aelian. Hist. an. VIII 2 *εἰ δὲ ἰχνεύσειε* (si vestigia deprenderit) *καὶ ὀσμῇ τινι προσπέσοι που θηρίου, ἐνταῦθα ἕστηκεν· ὁ δὲ κυνηγέτης ἔρχεται πλησίον καὶ ὁ κύων περιχαρὴς τῇ εὐερμίᾳ ὢν αἰκάλλει τὸν δεσπότην καὶ φιλεῖ τὼ πόδε. καὶ πάλιν· τῆς ἐξ ἀρχῆς ἰχνεύσεως ἔχεται καὶ πρόεισι βάδην ἔστ᾽ ἂν ἀφίκηται πρὸς τὴν κοίτην καὶ περαιτέρω οὐ πρόεισιν.* Cf. Silium Italic. X 81. *non sistit nisi conceptum sectatus odorem / deprendit spissis arcana cubilia dumis.*

233. **amplexus:** cf. Pseudo-Xen. 3. 6 *εἰσὶ δ᾽ αἳ κύκλοις πολλοῖς χρώμεναι καὶ πλάνοις ὑπολαμβάνουσαι ἐκ τοῦ πρόσθεν τὰ ἴχνη παραλείπουσι τὸν λαγῶ.*

effunderet: Vollmerus vulgatam *offenderet* defendit contra Iohnsonii coniecturam *effunderet,* vertitque *peccaret contra, inutiles redderet;* equidem desidero exempla e quibus apparet *offendere actus* eam vim habere posse quam postulet Vollmerus. *Effundere* contra egregie defenditur Verg. Georg. IV. 491 *ibi omnis / effusus labor;* Aen. VII. 421 *incassum fusos ... labores.*

nequiquam: temere.

234/235. **melior fortuna laborem / cum sequitur:** cf. Ov. Met. VII. 518 *flebile principium melior fortuna secuta est;* Amor. I. 4. 69 *sed quaecunque tamen noctem fortuna sequetur.*

235. **iuxtaque domus quaesita ferarum:** = cum prope est *quaesita domus* (cubile) *ferarum;* cf. Vergil. Aen. III. 646 *cum vitam in silvis inter deserta ferarum / lustra domosque traho;* Nemesian. Cyneg. 98 *te sequimur, tu pande domos et lustra ferarum;* Carthaginiensem poetam Maronem imitatum esse luce clarius, sed etiam Grattii memor esse videtur, cum apud nostrum et Nemesianum verba *domos* et *ferarum* prorsus eodem loco versus legantur, cumque verbum quoque *sequi* apud utrumque eodem versu inveniatur.

236. **et sciat occultos et signis arguat hostes:** Curcionem si sequimur, haec a coniunctione *cum* (v. 235) pendent; ille enim versus 234—236 sic vertit: „quando già buona fortuna tien dietro al lavoro speso e quando il cane abbia già imparato a conoscere la presenza del nemico e a palesarla con segnali..."

Sic tamen non intelligimus, cur primum indicativus *sequitur*, deinde coniunctivus *sciat*, *arguat* adhibeatur. Quapropter ego *sciat* et *arguat* verto: tum canem bene condocefactum *scire oportet* et *signis indicare* feram prope esse. Modo enim praecessit vox *lex*, quae per complures versus in poetae mente haeret. Tres versus qui sequuntur cum Postgatio inter parentheses ponendi sunt: iis enim poeta fusius docet, quibus signis canis uti soleat.

Si locum sic interpretamur, fortasse etiam verbum *admonet* (v. 243) defendi potest; subiectum enim supplendum est e versu 231 *lex* (Postgate). Si cui hoc durius videtur, suadeo, ut pro *admonet* legat *admoneo*, ut v. 378. Verba *et tamen* novum praeceptum prioribus addunt; e. t. = et praeterea cf. Cicer. de senect. 16 (Appius Claudius) *non dubitavit dicere illa, quae versibus persecutus est Ennius:*

quo vobis mentes, rectae quae stare solebant
antehac, dementes sese flexere viai?

ceteraque gravissime; notum enim vobis carmen est; et tamen (= et praeterea) *ipsius Appii exstat oratio*, vide locos, quos collegit v. d. Gustav Friedrich, Catulli Veronensis liber p. 473 sqq.

occultos et signis arguat hostes: cf. Poll. V. 61: *κἂν ἐγγὺς ᾖ τῆς ἀνευρέσεως, ὑποσημαίνειν, κατανεύειν, ὑποδηλοῦν, διαδηλοῦν τῇ χαρᾷ τῆς ψυχῆς, τῷ πηδήματι τοῦ σώματος, τῇ φαιδρότητι τοῦ προσώπου, τῇ λαμπρότητι τῶν ὀφθαλμῶν, τῇ μεταλλάξει τῶν ὀμμάτων, τοῖς ἀναβλέμμασι τῆς ὄψεως, τοῖς πηδήμασι τῆς ἐλπίδος, τῇ στάσει τῶν ὤτων, τῷ σεισμῷ τῆς οὐρᾶς, τῷ τὸ σῶμα πᾶν ἐπικραδαίνειν.*

237. **levi testatur gaudia cauda:** cf. Ps. Xenoph. Cyneg. 6, 16 *ἐπειδὰν δὲ περὶ τὸν λαγῶ ὦσι, δῆλον ποιήσουσι τῷ κυνηγέτῃ σὺν ταῖς οὐραῖς τὰ σώματα ὅλα συνεπικραδαίνουσαι.*

238. **aut ipsa infodiens uncis vestigia plantis:** unguibus terram eruit. „Hoc quivis fere canes," inquit Vlitius, „facere solent, cum praedam suboluerunt. Quare miror hoc signum a Xenophonte aliisque omnibus praetermissum esse." Cf. Vergil. Georg. III, 87 de *equo: cavat tellurem;* ib. 535 *unguibus infodiunt fruges.*

vestigia plantis: idem fere versus finis infra 276 et apud Ovid. Fast. IV, 463 *inde puellaris nacta est vestigia plantae*, et apud Manilium I, 657 *sed quacumque vagae tulerint vestigia plantae*, IV, 631 *Sardiniam in Libyco signant vestigia plantae.*

239. **mandit humum:** eius os tantopere terrae appropinquat,

ut *videatur* mandere, cf. Verg. Aen. XI, 669 *atque cruentam / mandit humum, moriensque suo se in volnere versat;* apud Valer. Flacc. III, 106 *compressaque mandens aequora* (= superficiem campi).

celsisve adprensat naribus auras: canis a Grattio comparatur cum *equo,* cf. Verg. Georg. I, 376 *captavit naribus auras* (idem versus exitus: Lucret. IV, 993 *reducunt naribus auras*) et cum toto versu nostro Halieut. 77. 78 *quae nunc elatis rimantur naribus auras / et nunc demisso quaerunt vestigia rostro.* Differunt tamen loci Grattii et Halieuticorum inter se, quod apud nostrum narratur, quo signo canis inventum esse cubile significet, in Halieuticis vero de cane investigante sermo est.

240—245. Hic locus sic enarrandus esse videtur: ne tamen prima vestigia canem studiosum fallant, lex eum iubet primum circumire agrum saepibus cinctum, ubi feram sese abdidisse putat, ut sciat num forte abierit fera e latebris; si forte prima spes feram intus esse eum decepit, rursus in longinquum vestigia persequi oportet; at si prospera res, si patet feram cubile non reliquisse, ad prima vestigia, quae ad locum ferae tendere videbantur, redeat cum gyrus a fera non perruptus sit.

242. **accessusque abitusque:** cf. Verg. Aen. XI, 766 *hos aditus iamque hos aditus omnemque pererrat / undique circuitum.*
Accessus abitusque: τὰ εὐναῖα καὶ τὰ δρομαῖα ἴχνη, cf. Pseudo-Xen. Cyneg. 3. 8 ὅσαι δὲ τῶν κυνῶν τὰ ἴχνη τὰ μὲν εὐναῖα ἀγνοοῦσι, τὰ δὲ δρομαῖα ταχὺ διατρέχουσιν, οὐκ εἰσὶ γνήσιαι. *Εὐναῖα ἴχνη* sunt vestigia ferae suum accedentis cubile. *Δρομαῖα ἴχνη* sunt vestigia ferae e cubili suo excitatae.

244. **rusum opus incubuit spatiis:** accusativus *opus* difficilior intellectu; Curcio *opus* „obiectum internum" habet; fortasse praestat *spatiis* ablativum loci nominare; cum verbis *incumbere opus* comparetur Stat. Thebaid. vs. VI, 575 *tunc Palladios non inscius haustus / incubuit* i. e. oleo et palaestrae adiecit animum. *Incubuit:* aor. gnomicus = incumbere solet = incumbet, ut *repetet* v. 245.

245. **repetet... ad:** cf. Culic. vs. 104/5 *et iam compellente vagae pastore capellae / ima susurrantis repetebant ad vada lymphae.*

246. **ergo ubi plena suo rediit victoria fine:** *rediit:* = venit, cf. supra vs. 230 *sed ne qua ex nimio redeat iactura favore.*
plena: capta fera victoria *omnibus partibus perfecta* est.
suo fine: praeda capta.

247. **in partem praedae veniat:** cf. Verg. Aen. III, 222 *divos ipsumque vocamus in partem praedamque Iovem;* Liv. V, 21. 5 *in partem praedae vocare.*
sua norit / praemia: cf. Aelian. Anim. histor. VIII. 2 *κύων ἀγρευτικὸς ἅπας αὐτὸς μὲν λαβὼν θηρίον ἥδεται καὶ κέχρηται τῇ ἄγρᾳ ὡς ἄθλῳ, ἐὰν αὐτῷ συγχωρήσῃ ὁ δεσπότης.*

248. **benigne:** diligenter.

249. Post *meritum* inserui *est*, nunc tamen textum traditum defendere malo; vide excursum. **ultima:** summa.

251. **semper eris:** sc. in memoria hominum, cf. Ovid. Am. I, 15. 16 *cum sole et luna semper Aratus erit.*

De thoe.

253. **hic:** Hagnon.
thoum: cf. Plin. N. H. VIII. 123 *thoes (luporum id genus procerius, longitudine, brevitate crurum, dissimile, velox saltu, venatu vivens, innocuum homini);* ab eo differt Oppian. Apam. Cyneg. III. 336 *δηθάκι δ' αὖτε λύκοι καὶ πορδαλίεσσι δαφοιναῖς / εἰς εὐνὴν ἐπέλασσαν, ὅθεν κρατερόφρονα φῦλα, / θ ῶ ε ς.*
semiferam... prolem: ex thoum et canum genere mixtam.

254. **finxit:** poeta *finxit* dicit, ut ostendat subolem esse facticiam.

255. **in lora voces:** *lora* est Ellisii certa emendatio lectionis traditae *ora*, cf. supra 213 *sed primum celsa lorum cervice ferentem,* Lucan. IV. 444, ubi canis dicitur *contentus tremulo monstrasse cubilia loro.*
nudi ad pignera martis: ut praedam capiat loro non vinctus; hic quoque, ut versu 152 (seu hostis) *nudo marte premas seu bellum ex arte ministres, nudum martem* opponitur *bello arte gesto.*

256. **thoes commissos (clarissima fama) leones:** cogitare videtur Grattius de pugna in circo visa inter *thoem* et *leonem,* cf. Plinium, N. H. VIII. 70 *Pompeii Magni primum ludi ostenderunt c h a m a, quem Galli rufium vocabant, effigie lupi,*

pardorum maculis; VIII. 84 *sunt in eo genere* (sc. luporum) *qui cervarii vocantur, qualem e Gallia in Pompeii Magni arena spectatum diximus* (VIII. 70).

Thoem et leonem hostes esse idem scriptor narrat N. H. X. 206 *dissident thoes et leones.*

commissos... leones: *accensos* contra thoes, cf. Sueton. Calig. 56 *nec cessavit* (sc. Caligula) *ex eo criminari alterum alteri atque inter se omnis committere.*

257. **subiere astu:** cf. nostram ad vs. 184 adnotationem.
parvis... lacertis: cruribus, cf. infra 277.

259. **exacta voluntas:** animus ad aggrediendum paratus.

260. **munia:** sc. venationis, cf. Nemes. Cyneg. 187 (canes) *exerceto diu, venandi munera cogens / discere.*

261. **aut:** cf. Thes. ling. Lat. II. p. 1569. 73 sqq.

262. **inter opus:** inter venandum.
quom sera cadit prudentia damno: quem canem si fingere supersedisti, omnis prudentia sera est et irrita.
cadit: sc. ad irritum, cf. Liv. II. 6. 1 *dolore ... tantae ad irritum cadentis spei.*

De canum coitione.

263—278. Exponit poeta, quales parentes esse debeant ad canem procreandum.

263. **iunge pares ergo:** Grattius imitatur Vergilium, Georg. III. 169 *iunge pares.*
ergo: hic non *igitur* significat, sed superiora cum sequentibus coniungit.
pares: ad aetatem refert Sternius collato versu 265; melius Curcio („accoppia cani della stessa razza") et Vollmer interpretantur: „eiusdem generis" cf. Oppian. ven. I. 393 et seq.

ἔθνεα σοὶ δὲ κυνῶν θαλαμηπολέοντι μελέσθω
ἄρμενά τ' ἀλλήλοισιν ἐοικότα τ' ἔξοχα φῦλα.
Ἀρκάδας Ἠλείοις ἐπιμίσγεο, Παίοσι Κρῆτας,

Κᾶρας Θρηϊκίοις, Τυρσηνὰ γένεθλα Λάκωσι,
Σαρματικὸν τε πόσιν φορέοις πρὸς Ἰβηρίδα νύμφην.
ὧδε μὲν εὖ κεράσειας· ἀτὰρ πολὺ φέρτατα πάντων
φῦλα μένειν μονόφυλα, τὰ δ' ἔξοχα τεκμήραιντο
ἐπακτῆρες.

maiorum pignore signa / feturam: maiorum pignora i. e. virtutes ornent catulos.

264. **prodantque** e. q. s. ii parentes tibi <verum> Metagonta praebeant qui iuventute sua genuerunt hunc canem inmanem.

pecus: hoc loco de *cane* dicitur; vocabulo de equis utitur Curtius VI. 5. 18: *equus regis — Bucephalam vocabant — quem Alexander non eodem quo ceteras pecudes animo aestimabat;* Stat. Thebais, IV. 733 *sed perfurit arvis / flammatum pecus.* Cum toto loco Grattii comparanda sunt, quae habet Nemesianus Cyneg. vs. 114 e.q.s. *huic parilem submitte marem, sic omnia magnum, / dum superant vires, dum laeto flore iuventas / corporis et venis primaevi sanguis abundat.*

266. **expertos animi:** spectatae virtutis atque animositatis. Genitivi usus, ut apud Horat. Sat I. 9. 11 *o te Bolane, cerebri / felicem!*

gratia: utilitas, cf. vs. 74.

267. **sortis cura secunda:** locum male interpretatur v. d. Curcio: „la prima cura deve averla l'uomo, nell' accoppiare buoni cani, la seconda è riservata alla *fortuna*, perchè faccia venir fuori buoni parti"; poeta enim hoc vult: tum secunda cura est feliciter sortiendi i. e. eligendi, cf. Iust. XXVI. 3 (Beronice)... *in matrimonio sortiendo iudicium patris secuta;* Verg. Georg. III. 71 *subolem armento sortire quotannis,* Aen. XII. 920.

268. **ne renuat species:** ne species dissimilis sit generis.

aut quem detractet honorem: = neve qua virtute careat generis propria.

De signis canis egregii.

269—278. Complures canum exstant descriptiones Pseudo-Xenophontis Oppiani Nemesiani Varronis Columellae (cf. adnotat. ad vs. 155). Quod hi scriptores in cane suo pingendo differunt,

hinc explicandum, quod Grattius *bellicosum* canem ante oculos habet, Pseudo-Xenophon *sagacem*, Oppianus *velocem*, Varro canem *pecoris* custodem atque *defensorem*, qui feras bestias nonnunquam propulsare debet, Columella canem *villaticum*, qui „adversus hominum insidias eligitur" et canem *pecuarium*, vel *pastoralem* qui hominum ac ferarum iniurias propellit. Canis autem, quem e Grattio cognoscimus, in nonnullis rebus similior est Varronis canis „defensoris" et Columellae „pecuarii" canis.

269. **sint celsi voltus:** cf. Ps-Xen. Cyneg. 4. 1 *πρῶτον μὲν οὖν χρὴ εἶναι μεγάλας, εἶτα ἐχούσας . . . . μέτωπα μέγαλα καὶ πλατέα κτλ.* Notatu dignum est *Nemesianum* canis venatici descriptionem eodem modo ordiri 108. . . *sit cruribus altis / sit rigidis.*
sint hirtae frontibus aures: Ps. Xen. Cyneg. 4. 1 *ὦτα μακρά, λεπτά, ψιλὰ ὄπισθεν.* Grattius in hoc versu scribendo eorum memor est, quae Maro Georg. III. 55 de *bove* canit: *et camuris hirtae sub cornibus aures.*

270. **os magnum:** etiam Varronis *defensor* debet esse *hiatu magno;* Oppian. Apam. Venat. I. 404 *ἐκτάδιον τελέθοι στόμα.*
agitatos: efflatos; Grattius versum iisdem vocabulis claudit *(naribus ignes)* atque Lucret. V. 30 *et Diomedis equi spirantes naribus ignem*, Verg. Georg. III. 85 *collectumque fremens volvit sub naribus ignem* (equus pingitur), cf. Georg. II. 140, Aen. VII. 281; Eurip. Alc. 509 *εἰ μή γε πῦρ πνέουσι μυκτήρων ἄπο.*

271. **adstricti . . . ventres:** venter non pendens, macer, cf. Nemes. 110 *carinam / quae sensim rursus sicca se colligat alvo* (= quae sensim contrahatur et gracilior fiat, ita ut non diffluat pinguedine) cf. Ps-Xen. Cyneg. 4 1. *τὰ κάτωθεν τῶν κενεώνων λαγαρὰ* (gracilia, tenuia) *καὶ αὐτοὺς τοὺς κενεῶνας.*

272. **cauda brevis:** et hinc videmus Grattium *bellicosum* canem depingere, cui velocitas non prima sit virtus; sic et apud Columellam VII. 12 *canis villaticus brevem caudam* habet; *nec multum*, inquit ille, *refert an villatici corporibus graves et parum veloces sint: plus enim comminus et in gradu, quam eminus et in spatioso cursu facere debent, nam semper circa saepta et intra aedificium consistere, immo ne longius quidem*

recedere debent, satisque pulchre funguntur officio, si et advenientem sagaciter odorantur et latratu conterrent nec patiuntur propius accedere vel constantius appropinquantem violenter invadunt.

Nam praesertim in velocibus canibus *longa* probatur *cauda*, quae, ut ait Vlitius, *gubernaculi instar* est totumque corpus dirigit, cf. quae Pseudo-Xenophon (5. 32) de leporibus dicit: οὐρὰν δὲ οὐκ ἐπιτηδείαν ἔχει πρὸς δρόμον· ἐ π ε υ θ ύ ν ε ι ν γὰρ ο ὐ χ ἱ κ α ν ὴ τ ὸ σ ῶ μ α δ ι ὰ τ ὴ ν βραδύτητα.

Ps.-Xenophon (4. 2) describit canes ἐλαφράς, ποδώκεις, quapropter vult eos habere οὐρὰς μακράς (4. 1); Arrianus Cyn. 5. 9 canes probat habentes οὐρὰς λεπτὰς μακράς; Oppianus Apam. I. 411 suadet: στρυφνή τ' ἐκτάδιός τε πέλοι δολιχόσκιος οὐρή.

discretaque collo caesaries: verbum *discernendi* translata a comae comptu; *discrimen* enim capilli pectine extricati et divisi in duas partes (Batave „scheiding", German. Scheitel), cf. Ov. Ars am. III. 137 *longa probat facies capitis discrimina puri;* II. 303 *compositum discrimen erit: discrimina lauda.* Graeci *comam divisam* nominabant τρίχα μεμερισμένην.

273. **neu pexa nimis:** non nimis villosa, cf. Xen. Cyneg. 4. 6 εὔτριχες δὲ (οἱ κύνες), ἐὰν ἔχωσι λ ε π τ ὴ ν καὶ πυκνὴν καὶ μαλακὴν τὴν τρίχα.

274. **validis tum surgat pectus ab armis:** apud Columellam VII. 12 canis villaticus describitur *amplo villosoque pectore, l a t i s a r m i s;* Oppianus Apam. Cyneg. I. 409 εὐρέες ὠμοπλάται.

275. **pectus... / quod magnos capiat motus magnisque supersit:** cf. Oppian. Apam. Cyneg. I. 406 στήθεα νέρθε κραταιά, / εὐρέα, Pseudo-Xen. Cyn. 4. 1 canis habeat oportet στήθη πλατέα, μὴ ἄσαρκα.

Vide quam felix sit poeta in vocabulis suis eligendis, quod non praeteriit Vlitium nostratem ad hunc versum exclamantem: „non potuit maiore spiritu pectoris amplitudinem commendare summus vates".

Poeta hoc sibi vult: pectus quod neque spiritum praecludat neque canem crebrius respirantem nimium fatiget.

Persius vocabulis similibus utitur μεταφορικῶς (Sat. 1. 13/14) *scri-*

bimus.../ grande aliquid, quo pulmo animae praelargus anhelet.

magnisque supersit: et quod satis virium habet ad magnos labores ferendos; cf. Verg. Georg. III, 127 *superesse labori*, et nos ad vs. 287 Grattii.

276. **effuge qui lata pandit vestigia planta:** inutilis est is canis qui latas habet plantas, quas unguibus inter eundum discedentibus pandit. Canis *defensor* Varronis (II. 9. 4) contra debet esse *pedibus magnis et altis qui ingredienti ei displodantur, digitis discretis.*

Quamquam autem canis bellicosus, quem Grattius hic depingit, non ante omnia *velox* esse debet, tamen *venatori* non esset aptus, si ἄπους esset, nam ut ait Pseudo-Xenophon, *αἱ δ᾽ ἄποδες οὐδ᾽ ἐὰν ὦσιν εὔψυχοι τοὺς πόνους δύνανται ἀνέχεσθαι, ἀλλ᾽ ἀπαγορεύουσι διὰ τὸ ἄλγος τῶν ποδῶν* (Cyneg. 3. 2), quae simul pulchre illustrant vocabula **mollis in officio.**

De cane gravida.

277. **siccis ego dura lacertis / crura velim:** *dura crura*, cf. Ps. Xenoph. 4. 1 *σκέλη ... στιφρά; sicci lacerti* sunt *pedes graciles.*

279. **sed frustra longus properat labor, abdita si non / altas in latebras unique inclusa marito / femina:** frustra laboras, nisi canis femina uno cum marito stabulo includitur.

longus... labor: sc. educationis; cum toto versu conferatur Arrian. Cyneg. 28. 1 *κράτιστον δὲ καθεῖρξαι ἐν ταὐτῷ τὸν ἄρρενα ἅμα τῇ θηλείᾳ, αὐτὸν δὲ ἀφανῆ εἶναι· αἱ γὰρ ἐν τῷ ἐμφανεῖ ὁμιλίαι οὐ γόνιμοι, εἰ χρὴ πείθεσθαι ἀνδράσιν κυνηγετικοῖς.*

281. **nec patres veneris sub tempore magnos / illa neque emeritae servat fastigia laudis:** canis enim non inclusa *(illa)* neque maiores egregios nec summam, quam maiores emeruerunt laudem, integram servat.

283—285. Trium horum versuum sententia sic cum prioribus cohaeret: „includenda est femina canis veneris tempore: primi enim complexus dulcissimi sunt (huic enim amori natura furorem dat quo fit ut catuli fortes nascantur), si femina e stabulo exire a custode non sinitur neque pluribus cum maritis rem habuit".

284. **furorem:** Ps-Xen. Cyneg. 7. 1 *ἡ γὰρ ὥρα* (ver) *πρὸς τὰς αὐξήσεις τῶν κυνῶν κρατίστη αὕτη· εἰσὶ δὲ τέτταρες καὶ δέκα ἡμέραι, ἐν αἷς ἡ ἀνάγκη αὕτη ἔχει.*

285. **custos:** sic A; lectionem traditam Vollmerus suo optimo iure contra Ellisium *(castus)* et Lachmannum *(fastus)* defendit: „si custos feminam ita tenet ut evadere nequeat".

286. **da requiem gravidae:** cf. Ps-Xen. Cyneg. 7. 1 *σκυλακεύειν δὲ αὐτὰς ἐπανιέντα τῶν πόνων τοῦ χειμῶνος, ἵνα ἔχουσαι τὴν ἡσυχίαν πρὸς τὸ ἔαρ ἐπάγωνται φύσιν γενναίαν.*

287. **oneri super:** = superest, sufficit, cf. Verg. Georg. III. 127 *blando... superesse labori;* Columella IV. 27. 8 *ut Veneri supersit.* **tum deinde:** cf. Terent. Adelph. 345 *tum praeterea.*

288. **indocilis:** non idonea ad opus venaticum, cf. infra 529.

289. **iamque inde excernere pravos:** *pravos* pulchra Burmanni emendatio pro *parvos* (A), quam his verbis defendit: „quia <Grattius> addit *inde* id est *ex turba natorum* qui omnes sunt *parvi,* dubito, an non praestet legere *iamque inde excernere pravos.* Confer Varron. II, 9. 12 *in nutricatu secundum partum, si plures sunt, statim eligere oportet quos habere velis, reliquos abicere. Quam paucissimos reliqueris, tam optimi in alendo fiunt, propter copiam lactis;* Geoponica XIX. 7 *ἅμα δὲ τῷ τεκεῖν χρὴ ἀποῤῥιπτεῖν τῶν σκυλάκων τοὺς ἀγενεῖς ἤ τι σῖνος ἔχοντας.*

De optimis catulis eligendis.

290. **teneris vix artibus haeret... iamque eqs:** quid haec verba significent non bene intelligit Curcio, qui sic vertit „non vuole star fermo, si muove"; vertendum est: „is catulus qui postea optimus erit pugnator vix stare potest teneris adhuc artubus, cum iam sua eum vehementia inter ceteros extollit."

291. **ille tuos olim non defecturus honores:** „non defecturus munia ad quae illum applicaturus es. Scite vero *honores* ut in republica dicit, cum gradus sint officiorum inter canes" Barth.

292. **inpatiens aequae vehementia sortis:** vehementia canis qui plus vult habere quam fratres.

294. **a tergo liber aperto:** pleonasmus.

295. **dum tepida indulget terris clementia mundi:** cf. Verg. Georg. II, 345 ... *exciperet caeli indulgentia terras.*
indulget: benigna est i. e. satis praebet caloris, cf. Lucret. I, 805 *tempestas indulget tempore fausto.*
mundi: caeli.

296. **Caurino frigore:** caurus est ventus occiduus qui a Graecis Ἀργέστης vocatur, inter septentriones et occasum solis spirans („Nordwestwind"), cf. Gell. Noct. Att. II, 22. 12, Verg. Georg. III, 356 *semper hiems, semper spirantes* f r i g o r a *cauri.* Scribitur etiam *Corus* (Chorus), cf. Caes. B. G. V. 7. 3.
vesper: Occidens, cf. Verg. Aen. V, 19 *vespere ab atro / consurgunt venti.*

297. **ire placet:** verba haud dubie corrupta, quae vir doctus Curcio tueri non debuerat, sic vertens „al giungere dei primi freddi egli sente il bisogno di muoversi". Vlitius legere volebat *ira iacet;* „ira iacet, inquit Vlitius, cum vehemens ille catulus frigescit." Sed num „materna sub alvo regnum adfectare" *ira* potest appellari? non opinor. Multo melior Radermacheri coniectura *irreptat.*

298/299. **illius et manibus vires sit cura futuras / perpensare: levis deducet pondere fratres:** hi versus in Grattii codice Vindobonensi (A) sic leguntur:
298. illius e manibus vires sit cura futuras
299. perpensare: *levis* deducet pondere fratres.
Pro *e* (298) cum Heinsio recte editur *et*; difficiliora sunt verba *levis deducet pondere fratres;* Ianus Vlitius (Venatio novantiqua, 1645) *levis* pro accus. plur. (= leves) accipit, et hanc dat explicationem, „graviores praestant, qui fratres suos pondere deducunt, id est, vincunt." Barthius vero (Venatici et Bucolici, 1613) *deducet* ita interpretatur: „cum levitate sua ipse adscendat, fratres pondere descendere cogit. Loquitur tamquam catuli in libra appensi essent." Idem fere legimus apud Wernsdorfium, qui locum sic intellegit: „qui generosior est catulus, ipse levis ascendet (sc. cum perpen-

satur) et fratres pondere coget descendere; vel nobilior catulus levior pondere erit." Cum Barthio et Wernsdorfio stant Sternius et Fiegl. Quominus hanc interpretationem veram ducamus, obstat primum quod non de *trutina* cogitare licet, ut vox *manibus* docet, deinde praeceptum Demetrii, quod cum aliis rebus, quas narrat, ex fonte antiquiore haustum est: σταθμήσας τὰ κυνάρια ἐπίλεξαι τὸ βαρύτερον. Quodsi Vlitio adstipulamur, poetam dicentem facimus id quod naturae convenit, neque enim absurdum est credere canem, qui, cum parvus est, gravior sit, postea robustiorem fieri quam eum catulum, qui initio levis est, neque huic obstat interpretationi quod Grattius v. 290 *teneris vix artibus haeret* de cane generoso dicit, nam adverbium *vix*, id quod recte vidit recentissimus Grattii editor, Vollmer, coniungendum est cum *iamque* (292), ita ut sententia evadat haec: „iam, cum tenerrimus est, se supra fratres extollit." Restat tamen difficultas, quam praebet *deducendi* verbum. Vlitius nihil addidit, quo suam stabiliret opinionem; Curcio haec scribit in commentario suo: „*deducet pondere fratres:* qui *deducere* è costruito come *privare, spoliare etc.* „sminuirà di peso i fratelli, *sottrarrà peso ai fratelli,*" e perciò „*li vincerà nel peso*".

Sic tamen verbum *deducere* interpretari prorsus non licet neque addidit Curcio ullum locum similem. Vollmerus in commentario critico editionis suae praestantissimae legentem ad Thesaurum linguae Latinae V. 280. 60 sq. delegans *deducet* verbo *detrectabit* reddit; neque tamen loci in Thesauro collecti cuiquam persuadebunt, quapropter alia ibimus via. Verbum *deducendi* saepius *ad humiliorem statum referre* significare et alii loci et hic Livii (IX. 34. 18) docet: „solemne ab ipso, cui fit, institutum deo, ab nobilissimis antistitibus eius sacri ad servorum ministerium *deduxisti*"; nostro autem loco similis est Ciceronis locus, quem legimus „de Finib." V. 91, 92 „audebo igitur cetera quae secundum naturam sunt bona appellare nec fraudare suo vetere nomine potius quam aliquod novum exquirere, virtutis autem amplitudinem quasi in altera librae lance ponere. *Terram,* mihi crede, *ea lanx et maria deprimet*". Hoc loco *deprimere* = „vincere"; duae enim imagines confunduntur inter se, nam si Cicero de *trutina,* cum *terram* eqs. scribebat, cogitasset, *attollet* vel *elevabit,* non *deprimet* scripsisset; sic nostro loco *deducet* (quamquam non licet dicere imagines confundi, cum *manibus* pendantur catuli) *deprimendi* vim habet.

Statuamus nunc, quidnam Nemesianus dicat Cynegetic. vs. 138:

138 *pondere nam catuli poteris perpendere vires*
139 *corporibusque leves gravibus praenoscere cursu,*

nam de horum quoque versuum sententia variis modis iudicatur; quaeritur enim quid sibi velit vs. 139; mihi eius sensus minime obscurus videtur, et quivis, puto, versum citatum legens Vlitio nostrati assentietur, qui locum sic interpretatus est: „a gravibus corporibus agnosces leves (sc. cursu): gravissimi enim catuli velocissimi evadunt, quia scilicet ex pondere futura illorum magnitudo, ex magnitudine velocitas praesumitur."

Wernsdorfius contra sic explicat: „*poteris e corporibus gravibus* vel iis quae praeponderant, *praenoscere* qui *leves cursu* futuri sint, nempe leviores pondere". Eum sequuntur Sternius et Fieglius. Vix tamen dictu opus est hanc interpretationem admodum contortam esse, neque haec Sternius et Fieglius probassent, nisi voluissent Nemesianum idem dicere atque Grattium, quem tamen, ut supra demonstrare conatus sum, in hac re non bene intellegebant.

Contendit igitur Nemesianus *ponderosissimos catulos postea levissimos cursu* i. e. *celerrimos fieri*. Haec recta loci interpretatio; sed num et verum est quod dicit bonus Nemesianus?

Graves catuli grandia membra promittunt, non tamen velocitatem; potest fieri ut canis corporis vim habeat magnam, careat autem velocitate. Oppianus, Cyneg. I. 423. 24:

κραιπνοὶ δ' οὐ τελέθουσιν, ἀτὰρ μένος ἔνδοθι πολλόν,
καὶ σθένος ἄφραστον, καθαρὸν, καὶ θυμὸς ἀναιδής.

Nemesianum autem a venatore audivisse aut e libro venatico hausisse opinionem suam gravissimos catulos celerrimos evadere mihi quidem absurdum videtur; cur haec contendere potuerit, tum demum luce clarius fit, si assumimus Nemesianum verba Grattii *levis deducet pondere fratres* imitatum esse neque tamen bene intellexisse. Cum enim legeret: „talis canis (qualis in praecedentibus describitur) leves fratres superabit", sententiam, ut rei venatoriae imperitus erat, in hunc modum supplevit, quasi non de *vi corporis*, sed de *velocitate* cogitavisset Grattius. Nihil est quin male narrando depravari possit! Fortasse studium quoque verbis ludendi *graves* catulos *leves* cursu fieri eum haec scribere coegit.

300. **nec me pignoribus, nec te mea carmina fallent:** Vollmerus in apparatu critico ad priorem versus partem mente supplet: „fefellit cura"; melius totum versum sic construit Sternius:

carmina mea nec me nec te fallent pignoribus, i. e. haec pignora nec me fefellerunt unquam (quandoquidem venator fui ipse) nec te fallent.

pignoribus: cf. Aetna vs. 520 *certo verum tibi pignore constat,* ubi Sudhaus recte adnotat „pignus schon an sich ein *signum certum,* das innere Gewähr hat; pignus = τεκμήριον βέβαιον".

De catulis recte alendis.

301. **protinus:** cum *fetae* coniungendum: „statim ut concepit" (Vollmer).

303. **illa perinde suos, ut erit, de lacte minores / ad longam praestabit opem:** in codice A *delacta* exstat, quod vir doctus *Emil Thomas,* Studien zur lateinischen und griechischen Sprache, p. 42 defendere conatur. Versum enim ita interpungit: *illa perinde suos, ut erit delacta, minores ad longam praestabit opem,* deinde sic explicat: „*delactus:* kompositum aus *de* und *lac,* eine Bildung wie *exosus* = *perinde ut erit delacta,* entsprechend der Milch, die sie abgegeben hat".

Quae *Jacobsohn,* Sokrates 1915, p. 541 optime redarguit hisce verbis:

„*delactus* kann nur heissen entweder *qui de lacte est,* der entwöhnte oder *cui lac non est* = *delactatus,* ἀπογεγαλακτισμένος und zwar so dasz es als dauernde Eigenschaft beigelegt wird, einen Zustand bezeichnet, nicht aber so dasz es irgendwie verbale Kraft besitzt; *delacta* aber in dem Verse des Grattius aufzufassen als „die keine Milch mehr hat, die Ausgemolkene", erscheint mir recht gezwungen. Dagegen gibt die von Vollmer aufgenommene leichte Verbesserung *de lacte* einen ausgezeichneten Sinn. *De* hat hier *mehr instrumentale Bedeutung,* wie etwa Lucret. II. 877 *nostro de corpore saepe ferarum augescunt vires*".

ut erit: „ut ipsa se habebit" (Vollmerus)".

304/5. **fetae / cum desunt operi:** *fetae* edidi cum Pithoeo; vulgo scribitur *fetu* (dat.): cum matres fetui (= proli) desunt = cum catulis lac dare matres non iam possunt; tum *operi* in *operis* mutatum cum *industria* coniungendum est; sed non placet *que* secundo denique vocabulo adnexum; quod cum etiam Robinson Ellis improbaret, proposuit (Philol. 52 [1894], p. 488) *fetu<s>* totumque versum sic volebat legere *fetus / cum desunt operi,*

fregitque industria matres = „cum catuli non iam matri praesto sunt ad nutriendum", neque tamen ei adstipulari possumus, cum non *catuli* deserant matrem (cf. vs. sequentem *catulos.... relictos),* sed matres desint catulis; neque Ellisii coniectura recepta cum viro docto Curcio, qui *fetus* genitivum habet, vertere licet: „quando le madri vengono meno alla cura dei nati".

Si cum Pithoeo *fetae* scribimus, vox accipienda est ut Ov. Fast. II. 412 *venit ad expositos (mirum!) lupa feta gemellos;* Sen. Phaedr. 19. 20. *Operi* = nutritioni.

306. **transeat in catulos omnis tutela relictos:** cf. Verg. Georg. III. 157 *post partum cura in vitulos traducitur omnis.*

307. **lacte novam pubem facilique tuebere maza:** lacte, cf. Pseudo-Xen. 7. 4 ἐπειδὰν δὲ ἤδη πλανᾶται τὰ σκυλάκια, διδόναι γάλα μέχρι ἐνιαυτοῦ καὶ οἷς μέλλει τὸν ἅπαντα χρόνον βιώσεσθαι, ἄλλο δὲ μηδέν (cf. *nec luxus alios... noscant*)· αἱ γὰρ βαρεῖαι πλησμοναὶ τῶν σκυλακίων διαστρέφουσι σκέλη, σώμασι νόσους ἐμποιοῦσι, καὶ τὰ ἔντος ἄδικα γίγνεται.

maza: *in fetura,* inquit Varro, de re rust. II. 9. 11, *dandum potius hordeacios quam triticios panes; magis enim eo aluntur et lactis praebent maiorem facultatem;* ibid. II. 9. 10 *nec non ita panem hordeacium dandum, ut non potius eum in lacte des intritum, quod eo consueti cibo uti a pecore non cito desciscunt.* Idem praeceptum dat Nemesianus Cyneg. 154 *interdumque cibo Cererem cum lacte ministra.*

facili: quae facile paratur, simplex; opponit enim poeta *facilem mazam* „impendiis" quae sequuntur, cf. apud Verg. Georg. III. 528 *simplicis* („opposed to the arts of cookery displayed in an elaborate banquet", Conington) *herbae.*

309. **redit:** ut pecunia credita, cf. vs. 380... *nostra quidem redit usus ab arte.*

De luxuria.

310. **est:** a verbo *edendi.*
altera: sc. indulgentia.
humanos.... sensus: *ingenia et mores hominum.*

311. **tollit ni ratio:** sic optime Graevius (Syllog. Epist. IV, p. 244) scripsit pro *tollit se ratio*, quod est in A; ad *tollit* mente supplendum: *hanc indulgentiam.*

312. Elegantissima digressio! Etiam Vergilius, de boum morbis loquens, luxuriam impugnat communem malorum fontem, Georg. III. 525 sqq. *quid labor aut benefacta iuvant? quid vomere terras / invertisse gravis? atqui non Massica Bacchi / munera, non illis epulae nocuere repostae / frondibus et victu pascuntur simplicis herbae,* ad quem locum adnotat *Servius:* „et per transitum tangit illa quae dicunt physici morbos venire ex cibi et potus nimietate".

Vergilii verba, quae alio modo atque cetera imprimenda curavi, Grattium pellexerunt, ut versus de luxuria agentes adiceret. Non erat, cur critici hoc poetae vitio tribuerent, nam quomodo poeta venaticus carmen ornare potest, nisi, ubi occasio sese praebet, digressiones atque comparationes adhibere licet? Apud Schanzium (Geschichte d. Röm. Litt. 2. 1. p. 354 § 314) legimus: „wenn er einmal sich aufzuschwingen sucht, macht es einen komischen Eindruck...; am sonderbarsten ist es, dass er, da er für einfache Nahrung der jungen Hunden das Wort ergreift, plötzlich die unheilvollen Folgen des Luxus bei verschiedenen Völkern darlegt".

Licet Schanzio aliisque tales digressiones improbare, sed quisquis improbat, ne obliviscatur se non Grattium vituperare, sed totum hoc genus carminum didacticorum. Nam tales comparationes proprias esse huius generis poematum *ἡ τέχνη* docebat, id quod ex Oppiano discere possumus; libro enim secundo de Piscatione vs. 217 piscem aliquem describit, cui nomen est *νυκτερίς, vespertilio.* Postquam autem poeta Graecus narravit, quam rabiosa hic piscis sit voracitate, ita pergit:

κλῦτε, γοναὶ μερόπων, οἷον τέλος ἀφραδίῃσι
λαιμάργοις, ὅσον ἄλγος ἀδηφαγίῃσιν ὀπηδεῖ!
τῷ τις ἀεργίην δυστερπέα τῆλε διώκοι
καὶ κραδίης καὶ χειρὸς, ἔχοι δέ τι μέτρον ἐδωδῆς·
μηδ᾽ ἐπὶ πανθοίνοισι νόον τέρποιτο τραπέζαις.
πολλοὶ γὰρ τοῖοι καὶ ἐν ἀνδράσιν, οἷσι λέλυνται
ἡνία, γαστρὶ δὲ πάντας ἐπιτρωπῶσι καλῶας.

Praeterea rectissime de talibus locis iudicat Henricus Schenkl (zu Grattius, p. 436): „Diese Gleichstellung des Thieres mit Menschen ist nicht etwa eine Marotte oder eine blosse Geschmacks-

verirrung des Dichters (auch Ribbeck in seiner unvergleichlichen Geschichte der römischen Dichtung nimmt noch diesen Standpunkt ein), sondern ein von der hellenischen Philosophie längst wohlbegründeter Lehrsatz".

312. **Pharios... reges:** Aegyptios; cf. Odyss. IV. 354 sqq. *νῆσος ἔπειτά τις ἔστι πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ / Αἰγύπτου προπάροιθε, Φάρον δέ ϝε κικλήσκουσιν, / τόσσον ἄνευθ' ὅσσον τε πανημερίη γλαφυρὴ νηῦς / ἤνυσεν, ᾗ λιγὺς οὖρος ἐπιπνείῃσιν ὄπισθεν.* Ab hac insula tota regio nominatur Pharia, cf. Tibull. I. 3, 32. Stat. Silv. V. 5. 66; Auson. Mos. 315. Praesertim regnante Ptolomaeo IV in Aegypto luxuria erat summa.

fregit: cf. supra 305 et Graece *ἔθρυψε.*

313. **servata... Mareotica:** *servata* = recondita et vetera. De *Mareotico vino* confer Athenaeum, Deipnosoph. I. 60 (33^{d}) *ὁ Μαρεώτης οἶνος ὁ Ἀλεξανδρεωτικὸς τὴν μὲν προσηγορίαν ἔχει ἀπὸ τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κρήνης Μαρείας καὶ τῆς παρ' αὐτὴν πόλεως ὁμωνύμου, ἣ πρότερον μὲν ἦν μεγίστη, νῦν δὲ κώμης περιείληφε μέγεθος.... πολλὴ δὲ ἡ περὶ τὴν γῆν ταύτην ἄμπελος, ἧς καὶ ἡ σταφυλὴ πάνυ βρωθῆναι εὔστομος, καὶ ὁ γινόμενος οἶνος κάλλιστος· λευκός τε γὰρ καὶ ἡδὺς, εὔπνους, εὐανάδοτος, λεπτὸς, κεφαλῆς οὐ καθικνούμενος, διουρητικός;* cf. etiam Strabon. 799; Horat. Carm. I. 37. 14 *mentemque lymphatam Mareotico.*

cavis... gemmis: pocula ex una gemma facta saepius commemorantur, sed admodum erant pretiosa, cf. Verg. Georg. II. 505/6 *hic petit exscidiis urbem miserosque Penates, / ut g e m m a bibat et Sarrano dormiat ostro,* quem ante oculos habuisse hunc versum Varii *incubet ut Tyriis atque ex solido bibat auro* putat Macrobius, Sat. VII. 1; cf. etiam Propertium III. 5. 4 *nec bibit e gemma divite nostra sitis;* Cic. Verr. IV. 62 *erat etiam vas vinarium, ex una gemma pergrandi trulla excavata manubrio aureo;* Sen. de prov. 3. 13 *illis, quibus gemma ministratur,* Plin. Histor. Nat. XXXIII. 5 *turba gemmarum potamus et smaragdis teximus calices.*

314. **nardiferumque... Gangen:** flumen Indum quod Graeci cognoverunt expeditione Alexandri Magni (Arrian. Ind. II. 9; IV. 2; anab. V. 4. 1; 26. 1; Strabo 686); hoc loco fluminis nomen pro ipsa terra, i. e. India, adhibetur, nam *metendi* verbum non nisi de

regione dici potest. Cave ne cum viro docto Curcio *metunt* „incolunt" vertas, quem in errorem fortasse induxit locus qualis Sil. Ital. VIII. 565 *qui Batulum Nucrasque* (urbes Campaniae) *metunt;* nostro enim loco *metunt* significat *colligunt ex.*

nardiferum: cf. Hor. Od. II. 11. 13 *cur non sub alta vel platano vel hac / pinu iacentes sic temere et rosa / canos odorati capillos, / dum licet, Assyriaque nardo / potamus uncti? Nardus,* fem. gen. (vel *nardum)* Gr. *ἡ νάρδος,* apud Plinium (N. H. XII. 45) *nardum* (Syriacum, Gallicum, Creticum etc.) est frutex gravi et crassa radice sed brevi ac nigra, saepe tamen *nardus* pro *unguento nardino* adhibetur.

vitiisque ministrant: *δουλεύουσι;* ministri vel servi sunt vitiorum.

315. **sic et Achaemenio cecidisti, Lydia, Cyro:** ita cecidisti, Lydia, ut Cyri dicionis fieres; *cado alicui* = ab aliquo prosternor, cf. Kühner-Stegmann II. 1. p. 325 Anm. 12.

316. **atqui dives eras fluminis aurea venis:** sic legit A, Baehrensius post *eras* supplet *ac;* Postgatius tamen poetam scripsisse putat: *atqui dives eras Pactolique aurea venis,* ita ut *fluminis* glossema sit *Pactoli.*

fluminis: cf. Herod. de Pactolo V. 101 *ὃς ψῆγμα χρυσοῦ καταφορέων ἐκ τοῦ Τμώλου διὰ μέσης τῆς ἀγορᾶς* (Sardium) *ῥέει καὶ ἔπειτα εἰς τὸν Ἕρμον ποταμὸν ἐκδιδοῖ, ὁ δὲ ἐς θάλασσαν.* Ov. Metam. XI. 142 *vis aurea tinxit / flumen et humano de corpore* (sc. Midae) *cessit in amnem /; nunc quoque iam veteris percepto semine v e n a e / arva rigent auro madidis pallentia glaebis.*

317. **ne quid restaret habendi:** Sannazari coniecturam *habendum* refutavit Henricus Schenkl (Zu Grattius, p. 419); comparat Liv. IX. 17. 7 *nihil satis praeparati erat ad obsidionem tolerandam* et Caesar. B. C. III. 84. 1 *quidnam Pompeius propositi aut voluntatis ad dimicandum haberet.*

318. **tu quoque luxuriae fictas dum colligis artes:** dum undique acquiris artes excogitatas luxuria = *malas artes;* equidem pro *luxuriae* legere malim *luxuria.*

319. **alienam culpam:** aliarum gentium vitia.

320. **o quantum et quotiens:** cf. Ov. Trist. III. 12. 25 *o quantum et quotiens non est numerare beatum / non interdicta cui licet urbe frui*, ubi *Owen* iure suo *quantum* (sic A H V, vide Owenii editionem) recepit, cum multi ante eum *quater* edidissent; cf. Namatian. I. 5 *o quantum* (sic codices) *et quotiens possum numerare beatos / nasci felici qui meruere solo!*, ubi Baehrensius iniuria Heinsii coniecturam *quater* pro *quantum* in textu posuit.

frustrata: sc. *es*, Gr. *ἀπέτυχες*, aberrasti ab antiquo patrum tuorum decore; genitivus Graecus, cf. Aeschyl. Pers. 478 *ὡς ἄρ' ἔψευσας φρενῶν / Πέρσας* et Kühner-Stegmann II. 1. p. 474.

321. **Camillis:** *M. Furius Camillus* Veios vicit, Romamque post proelium Alliense servavit; etiam Horatius eius paupertatem laudat, cf. Carm. I. 12. 42 *hunc et incomptis Curium capillis / utilem bello tulit et Camillum / saeva paupertas et avitus arto / cum lare fundus.*

Pluralis pro singulari adhibetur, cf. Hor. Epist. I. 1. 64 (nenia) *et maribus Curiis et decantata Camillis.*

322. **qui tibi cultus erat post tot, Serrane, triumphos:** Pro verbis *post tot* A habet *postot*, quod fortasse argumento esse possit ipsum Grattium scripsisse *pos tot, Serrane, triumphos*, cf. C I L. 1. 1454 *pos tempus*, 5. 4056 *pos templum*, Verg. Aen. III. 1 ed. Ribbeck *posquam*. *„Pos"*, inquit vir doctus Stolz, (Latein. Grammat. Müllers Handb., p. 158) „in älterer Zeit nur vor *t* und *c* gebraucht, ist im Satzsandhi aus *post* hervorgegangen, das aus *posti* enstanden ist." Schenklio constat hic *pos* edendum esse, cf. Zu Grattius, p. 424; Munro ad Lucret. IV. 1186.

Serrane: C. Atilius Regulus Serranus, consul anno 257 et 250 ante Chr. nat. Cum cognomen *Serranus* in nummis *Sarranus* scribatur, nonnulli putant nomen originem ducere a *Sarrano*, quae est Umbriae urbs, cf. tamen apud Plinium N. H. XVIII. 20 *serentem invenerunt dati honores Seranum, unde cognomen.* Eius historiam narrat Valerius Maximus IV. 4. 5 *Atilium autem, qui ad eum accersendum a senatu missi erant ad imperium populi Rom. suscipiendum, semina spargentem viderunt: sed illae rustico opere attritae manus salutem publicam stabilierunt; ingentes hostium copias pessumdederunt.*

324. **inposuere orbi Romam caput:** cf. Verg. Aen. VI. 851 *tu regere imperio populos, Romane, memento* et Norden ad hunc locum (p. 337). Comparandus Horatii quoque locus, carm. IV. 15. 13—16 (artes) *per quas Latinum nomen et Italae / crevere vires famaque et imperi / porrecta maiestas ad ortus / solis ab Hesperio cubili;* Ovid. Amor. I. 15. 26.

caput: cf. Claudian. bell. Gildonic. 459 sq. *caput insuperabile rerum / aut ruet in vestris aut stabit Roma lacertis.*

actaque / ab illis ad caelum virtus: agere = extollere, cf. Verg. Aen. XI. 136 *actas ad sidera pinus,* Horat. carm. II. 2. 7 *illum aget penna metuente solvi / Fama superstes.*

De magistro catulorum.

326—27. Sententia est haec: ex magnis his exemplis *(magna sub imagine)* discere potes, quomodo provideas rebus exiguis, quae sit ratio adhibenda in iis gerendis et intra quos fines tenendae i. e. ad quam normam <res> dirigendae sint.

Claudunt ergo duo hi versus totum locum qui praecedit, neque cum sequentibus, ut vulgo fit, coniungendi sunt.

Idem apud Ovidium legimus, Ars Am. III. 525 *quid vetat a magnis ad res exempla minores / sumere;* III, 499 *si licet a parvis animum ad maiora referre*; Trist. I. 3. 25 *si licet exemplis in parvis grandibus uti.*

quo fine: cf. Hor. Serm. I. 1. 106 *est modus in rebus, sunt certi denique fines.*

328. **idcirco:** cf. quae adnotavi ad 263.

imperium: = imperator.

magister: ut Grattius hoc loco de *magistro catulorum* loquitur, sic Vergilius *pastores* vocat *magistros*, cf. Georg. III. 445 *dulcibus idcirco fluviis pecus omne magistri / perfundunt;* cf. Valer. Flacc. VI. 536 *„pavidos te" inquit „nunc rere magistros / et stolidum petiisse pecus"*, VII. 400; Stat. Achil. II. 34; Theb. IX. 190; Coripp. Ioh. V. 528.

Iohnsonius comparat: *magister equitum.*

329. **ille dapes poenamque operamque <moramque>:** *moramque* supplevit H. Schenklius, qui (Jahrb. f. Class. Ph. 24ster Supplem. 1898, p. 438) totum versum sic illustrat: „den als Belohnung verwendeten *dapes* stehen die Peitschenhiebe und

das Fasten als *poenae* gegenüber; man erwartet demnach auch zu *operam* einen Gegensatz, welcher das Aufhören der Thätigkeit, das Ausruhen vom Dienste bezeichnet. Gibt es einen besseren und passenderen als das militärische *moramque* „Rast", „Rasttag"?"

330. **hunc spectet:** eius nutum observet; cf. Ov. Am. I. 4. 17 *me specta, nutusque meos vultumque loquacem.*
silvas: *feras*, cf. vs. 3. 80. 494.
iuventus: *catuli*, cf. Verg. Georg. IV. 22 (de apibus) *ludetque favis emissa iuventus.*

331. **arbitrium:** = imperium.

333. **utrumque et prudens et sumptis impiger armis:** aut Oppianus Apameensis, de Venat. I. 90 *ἀμφότερον κραιπνόν τε θέειν σθεναρόν τε μάχεσθαι* Grattium hoc loco imitatus est aut uterque poeta ex tertio fonte hausit.

334—336. Haec quoque legisse videtur Oppianus, de Ven. I 86 (*τῷ μὴ πιαλέοι θήρης ἐπὶ μῶλον ἴοιεν / μηδ' ἔτι λεπταλέοι·*) *καὶ γάρ ποτε δηρίσασθαι / θηρσὶν ἐνυαλίοισι χρεὼ πολυαγρέα φῶτα.*
quod nisi et accessus et agendi tempora belli / noverit: nisi sciat quomodo et quando feram adoriri debeat, cf. Verg. Aen. IV. 423 qui *molles aditus et tempora* eodem fere modo atque Grattius coniungit.

335. **socios:** canes.
hoste minores: hosti impares; cf. *ἥττων* et apud Horat. Epist. I. 10. 35 *minor in certamine.*

336. **aut cedent, aut illa tamen victoria damnost:** aut fugient canes aut, <si vincunt>, vincunt cum damno.

De vestitu venatoris.

337. **factusque ades omnibus armis:** qui textum sanum ducunt, *factus* cum Wernsdorfio interpretantur *instructus*, ut in Cic. ad Attic. II. 24 *ut qui illuc factus instructusque venisset,* ablativumque simpliciter positum putant.

Verba *vigilare* et *adesse* eodem modo coniuncta leguntur apud Ciceron. Cat. II. 9 *me ipsum vigilare, adesse, providere rei publicae.*

338—340. Hi versus partim corrupti partim lacunosi sunt, neque quicquam propositum est a prioribus, quod ab omni parte placeat.

338. **arma hacuere vitã**: sic legimus in A; difficillimum pro certo statuere quid poeta scripserit, simplicissima est Johnsonii coniectura *arma acuere virum*, i. e. arma fortitudinem viri augent.

tegat imas fascia suras: fascia calceus venatorius est, quem alii scriptores *cothurnum* appellant, cf. Verg. Bucol. 7. 31/32 *levi de marmore tota / puniceo stabis suras evincta cothurno* (pastor adloquitur Dianam); Aen. I. 336/337 *virginibus Tyriis mos est gestare pharetram / purpureoque alte suras vincire cothurno*; Nemes. Cyneg. 90 *candida puniceis aptentur crura cothurnis;* utebantur venatores hoc calceamento, ne sentibus silicibusque laederentur crura.

fascia: cf. Petronium c. 40 qui venatorem sic describit: *barbatus ingens fasciis cruralibus alligatus et alicula subornatus polymita, strictoque venatorio cultro latus apri vehementer percussit.*

339/340. Hi versus lacunosi ita in codice leguntur:

. . . . is ¹) *inulina, suis et tergore fulvo*

i ²). . . . . . . *canaque e maele galeri*

¹) potest fuisse *is* vel *us*; ²) incertum est, utrum haec littera *i* an *p* fuerit.

Pro *inulina* Vlitius *vitulina* coniecit, quod mihi certum videtur. Quid vero ex <pelle> *vitulina* et ex *suis tergore fulvo* factum sit, non iam facile dictu. Vlitius putabat *manticam* describi, de qua Ps.-Xenophon loquitur, 2. 9 *κυνοῦχος μόσχειος*, cf. Pollux V. 31 *κυνοῦχος δὲ δέρμα μόσχειον, εἰς ὃ ἐντίθεται τὸ δίκτυον, τῷ σχήματι πεποιημένον, ὥσπερ τὰ σύσπαστα βαλάντια*, sed cum poeta in venatore describendo incipiat a *pedibus*, et postremum de *capite* loquatur, verisimilius nostris versibus sermonem esse de media corporis parte.

canaque e maele galeri: galerus est capillamentum quo pastores agricolae venatores utebantur, cf. Calpurn. Ecl. I. 7. *torrida cur solo defendimus ora galero.*

Conficiebantur galeri e pelle animalium.

maele: maeles quadrupes ex agrestium felium genere, cf. Varro R. R. III. 12. 3 *quis enim ignorat saepta e maceriis ita esse oportere in leporario, ut tectorio tacta sint et sint alta? alterum ne faelis aut maelis aliave quae bestia introire possit.*

Videamus nunc de supplementis a Vlitio et Vollmero propositis: *Vlitius* lacunas ita supplet:

339 <sit famul>is vitulina *t*uis, *au*t tergore fulvo

340 <mantica, curta chlamys>, canaque e maele galeri.

Quominus haec supplementa veri similia dicamus, obstant haec: 1um versus 339 ut supplementum adferre posset, Vlitio necesse erat duobus locis textum traditum mutare *(tuis, aut)*, 2um prima versus 340 littera non fuit *m;* 3um quod iam supra dixi, manticae mentionem fieri non exspectamus.

Vollmerus haec excogitavit:

<sit pell>is vitulina, suis et tergore fulvo

<ire decet, niteant> canaque e maele galeri, ex quibus apparet Vollmerum quoque putare in versibus 339/40 vestem venatoris describi.

341. **Toletano... cultro:** de cultro venatorio etiam apud Suetonium, Aug. 19 legimus *lixa quidam ex Illyrico exercitu.... noctu deprehensus est c u l t r o v e n a t i c o cinctus,* cf. etiam Martial. apophoreta 29 culter venatorius: *si deiecta gemes longo venabula rostro, / hic brevis in grandem comminus ibit aprum.* Apud Oppianum Cyneg. I. 92 venator cultrum in zona gerit: *καὶ δ' ἄρα δεξιτερῇ μὲν ἐπικραδάοιεν ἄκοντας / ἀμφιδύμους, ταναοὺς, δρεπάνην δ' ἐπὶ μεσσόθι ζώνης,* quae verba vocem *praecingant* bene explicant.

Toletano: Toleti plurima arma conficiebantur, cf. Paris, Essai sur l'art et l'industrie de l'Espagne primitive, 2. 1904, p. 273 sqq.

praecingant: sc. venatores.

342. **terribilemque manu vibrata falarica dextra:** cf. Sil. Ital. I. 351 *librari multa consueta phalarica dextra,* ubi confer Rupertium.

343. **et curvae rumpant non pervia falces:** *non pervia* (sic Titus optime pro *nova pervia)* = loca sentibus obsaepta; *falces*: δρέπανα, ἵνα ᾖ τῆς ὕλης τέμνοντα φράττειν τὰ δεόμενα. (Pseudoxenoph. Cyneg. 2, 9).

De morbis canum.

De vulneribus.

344. **haec tua militia est:** recte explicat Burmannus, quae horum verborum sit sententia: „hoc opus tuum est, hae partes quae cures", cf. Ovid. Fast II. 9 *haec mea militia est, ferimus quae possumus arma, / dextraque non omni munere nostra vacat.* Iniuria Burmanno obloquitur Sternius qui ipse male interpretatur „hactenus de militia canum et venatione actum est". Confer et Plinium X. 94 de hirundinum labore in nidis faciendis *eaque militia illis cum anno redit semper.*

quin et: „sed praesertim".

345. **errantis per tot divertia morbos:** male vertit Curcio „per molteplici e diversi accidenti di guerra"; verte „tot viis huc illuc per corpora errantes et diversis locis prorumpentes", *divertia = viae in diversa tendentes,* ut Servius ad Vergilii Aeneid. IX. 379. De forma *divertia* vid. apparatum criticum.

346. **causasque:** cf. Verg. Georg. III 440 *morborum quoque te causas et signa docebo,* Varron. II. 1. 21. *animadvertendum quae cuiusque morbi sit causa, quaeque signa earum causarum sint, quae quemque morbum curatio sequi debeat.*

tueri: vox medicorum = *sanare,* cf. 478 *aut incurvatae siquast tutela podagrae.*

347. **stat Fatum supra:** = *imminet,* cf. Verg. Aen. III. 194 *tum mihi caeruleus supra caput adstitit imber.*

totumque: τὸ πᾶν, cf. Catull. 3 *malae tenebrae / Orci quae omnia bella devoratis.*

Orcus: Mors, cf. Horat. epist. II. 2. 178 *Orcus metit grandia cum parvis;* *Ἅιδης πολυδέκτης, πανδοκεύς.*

348. **nigris orbem circumsonat alis:** cf. Horat. Satir. II. 1. 58 *mors atris circumvolat alis* (sc. me), et Vergil. Aen. VI. 866 *sed nox atra caput tristi circumvolat umbra.* Hi tres poetae antiquiorem poetam secuti esse videntur. Confer etiam Horat. Carm. II. 17. 24 *volucrisque fati tardavit alas,* Eurip. Alcest. 262. πτερωτὸς *Ἅιδας, Lessing,* Wie die Alten den Tod gebildet, *Doering,* de alatis imaginibus veterum, Opusc. p. 75.

349/50. **scilicet:** „εἰκότως"; cum Orcus nobis insidietur, omnia facere debemus, ne canes pereant.

cura: de *curatione morborum* saepius adhibetur, cf. Velleium Paterc. II. 123 (de Augusto) *mox cum omnem curam fata vincerent, animam caelestem caelo reddidit;* Cels. II. 10 *in cura aquae quae sub cutem est.*

ducenda: afferenda, cf. Tibull. I. 2 77. 78 *nam neque tunc plumae nec stragula picta soporem / nec sonitus placidae ducere posset aquae.*

laborem: malum, morbus.

350/51. Versus sic exhibet Vindobonensis: *hinc quoque nostrae / est aliud, quod praestet opus placabile numen.*

Haec variis modis corrigunt viri docti.

Editio Aldina a. 1534 curata a Georgio de Logau pro *nostrae* scribit *nosse.* Qua correctione probata Wernsdorfius adnotat: „*hinc* post remedia, quae experti sciunt, *nosse* decet *aliud*, a Deo placato impetrandum". Sic tamen nascitur sententia admodum contorta atque obscura. Non meliora sunt quae apud Sternium legimus: „aut sic construe *hinc quoque opus est aliud nosse, quod numen praestet placabile*, aut iunge *est nosse aliud opus, quod etc*".

Lachmannus quem vir doctus Curcio secutus est versus sic scripsit: *nec expertos fallet Deus hic quoque noster: / est aliud, quod praestet opus placabile numen; Deus noster* Diana est; sic tamen versus posterior nimium languet, nam post verba „hic quoque Diana adiuvat" non potest sequi „est aliud numen quod praestet opus".

Baehrensius coniecit **huic** *quoque nostrae / est* **arti** *quod praestet opus placabile numen;* ut priorem correctionem veram habeo, sic alteram falsam.

aliud recte se habet, opponitur enim Fato et Orco; ad *huic quoque nostrae* supplendum est *curae.*

quod praestet opus: Postgatius cum Vlitio *opem* edidit, quod sine dubio optimam dat sententiam; quaeritur tamen, an *opus* servari possit, quod defendunt viri docti Curcio et Vollmer.

Quorum ille adnotat *opus = opem, auxilium,* nullo loco παραλλήλῳ addito — neque enim reperietur —, hic vero locum sic explicat *quasi vadimonium suscipiat successus in medicando.*

Licet Vollmerus obscurius exprimat, quod vult, tamen eius

interpretatio vera videtur: locus sic vertendus est Batave „er is echter een andere Godheid, die de goede uitwerking <van de behandeling> waarborgt", German. „est gibt aber eine andere Gottheit, welche den Erfolg <der ärztlichen Behandlung> verbürgt", Anglice „but there is another god, who warrants the success <of the medical treatment>"; *opus* hic enim adhibetur, ut *opus hastae;* ad *opus* supplendum est e praecedentibus: *curationis.*

aliud... numen: Paean, cf. infra v. 426.

352—365. Leviorum morborum medela.

352. **licet alti volneris orae / abstiterint:** licet orae vulneris satis longe inter se distent, licet vulneris sinus (= hiatus) satis magnus sit.

orae: sic cum Barthio pro *ora* (A) esse legendum discimus e Celso, VII. 3... *si, antequam sinus carne impleatur, orae carnosae fiunt;* Seren. Sammon. 816 (Baehr.) *ambustaeve cinis complebit vulneris oras* (ubi optimus codex A habet *horas*; *ora* B.) *Os* vulneris ipse hiatus est inter duas *oras,* cf. vs. 355.

353. **abstiterint utroque, cadant cum sanguine fibrae:** sic edidit Postgatius *utroque* Vindobonensis codicis lectione servata, post *utroque* interpungens.

Vollmerus Sannazari coniecturam *atroque* in textu posuit, cf. Verg. Aen. III. 28 *huic atro liquuntur sanguine guttae.*

355. **virosam eluviem:** lotium.

lacerique per ulceris ora: cf. Verg. Georg. III. 454 *ulceris os.*

357. **mortis enim patuere viae:** nam vulnere latius patente, cum ex ventre fibrae cum sanguine cadunt, mors canibus imminet; vulnus igitur quam celerrime comprimendum est; ad versum bene adnotat Burmannus: „ideo elegantius poeta utitur quia varii mortis modi et pericula *viae* dicuntur, hic vero quasi proprie per latum et patens vulnus."

Versus noster fortiter defendit ingeniosam coniecturam Friderici Leonis, Tibull. I. 3. 50 *nunc mare, nunc leti mille patentque viae*, ubi codices Ambrosianus et Vaticanus pro *patentque* habent *reperte.*

tum pura monebo / circum labra sequi: *labra* sunt *orae* vul-

neris, de quibus supra sermo erat. Quid sit *pura labra sequi*, intelligitur, si alteram partem hexametri cum priore coniungimus: *pura circum* (adverbium) *labra sequi tenuique includere filo* = oras vulneris, postquam sordibus purgatae sunt, <acu> circum sequentem tenui filo consuere.

includere: = claudere, cf. Seneca, de Ira 3. 10 *os alicui inserta spongia includere.*

359. Ubi vero vulnus nimis angustum est, dilatandum est.

361. **in vitio facilis med....:** quod editio Aldina supplet *med<icina recenti>*, in contextum non quadrat; felicior Baehrensii coniectura *med<icina reperto>*, possis etiam *med<icina patenti>*.

362. **sed tacta impositis mulcent p....:** difficillimum dictu, quid supplendum sit. Aldina versum sic explevit *p<ecuaria palmis>*, de quo supplemento vir doctus Curcio scribit: „il supplemento *pecuaria palmis* non dà un senso accettabile; come si possa lenire un male posando *le mani*, strofinandole, sul cane, non comprendiamo."

Hoc tamen, credo, Aldina sibi noluit, sed id quod legimus in Grattii versione, quam continet Bibliotheca Nisardii, (Stace, Martial, Manilius etc. Firmin Didot et C. Paris 1843): „c'est ainsi qu'on soulage le blessé en appliquant sur la plaie des *feuilles de palmier.*" Neque tamen ego, quamquam nemo unquam, nisi novus codex reperietur, pro certo scire poterit, quid olim fuerit in lacuna, Aldinae supplementum probo; versus enim 364 et 365, qui de levi vulnere loquuntur, postulant, ut in versibus 362/63 sermo sit de gravi [1]) aliqua noxa, quapropter mihi collato versu 353 *atroque cadant cum sanguine fibrae* recipiendum videtur Baehrensii supplementum: p<raecordia palmis>, ita tamen, ut propter versum 395 totum versum sic constituere velim: *sed tacta impositis mulcent p<raecordia olivis>*. Cave ne *sed* aut cum Heinsio in *seu* aut cum Curcione in *si* mutes; versu 362 redintegratur oratio, quae interrumpitur versibus 359—361. Versibus 362 et 363 id docet poeta, quomodo dolor *vulnerum* leniatur; versibus contra praecedentibus id solum docet, quomodo *sanari* possit vulnus.

---

[1]) Haec est causa, cur ipsius Curcionis supplementum *per vulnera olivis* mihi non arrideat; neque recte se habet praepositio *per:* imponere per vulnera.

362. **tacta:** sc. morbo.

363. **picis unguine:** Plinius, Hist. Nat. XXIV 38 de pice et alia scribit et haec: *ulcera purgat, explet*; cf. Columellam, VI. 26. *placet etiam pice liquida et cinere cum exiguo oleo ulcera ipsa post triduum linere quod et celerius cicatricem ducant, nec a muscis infestentur;* VII. 5 *ulcera lavantur aceto, et tunc pice liquida cum adipe suilla perlinuntur.*

364. **destricto.... volnere:** vulnus appellatur *destrictum*, quia pellis destringitur levi ictu morsuve. Recte Heinsius hic *destricto* reddit vocabulis *leviter vulnerato*, collatis vers. 275. 276 epist. XVI Heroid.: *non mea sunt summa leviter destricta sagitta / corpora, descendit vulnus ad ossa meum.*

365. **ipse:** canis; errant Sternius et Curcio *venatorem* intellegentes, cf. Aelian. Nat. anim. VIII. 9 *τρωθέντες δὲ ἔχουσι τὴν γλῶτταν φάρμακον, ἥπερ οὖν περιλιχμώμενοι τὸ τρωθὲν μέρος εἰς ὑγίειαν ἐπανάγουσιν, ἐπίδεσμα καὶ σπληνία καὶ κράσεις φαρμάκων μακρὰν χαίρειν εἰπόντες.*

validae.... salivae: idem docet de humana saliva Plinius Hist. Nat. XXVIII, 35 *hominum vero in primis ieiunam salivam contra serpentes praesidio esse docuimus.*

validae: quae habet vim sanandi.

De morborum causis.

366. Difficillimum tamen est morbum sanare, si causa latet seroque medicina parari potest.

curis altior illis: in codice A legitur *curas altior illis*, Pithou *cura est* coniecit, quod Sternius recipit sic interpretans: „*cura altior* est diligentior ceteris quae naturam morbi penitus investigare et quasi penetrare debeat, *illis* sc. curationibus de quibus ante dixi". Hanc tamen vim in adiectivo *altior* inesse nego, quamobrem Pithoei coniectura nihil adiuvamur [1]; cum Vlitio scribendum est *curis altior illis*, quod sic vertam „labes illa *nimis latet*, *quam ut* illis medicinis, quas modo nominavi, curari atque sanari possit." Sic vertendo Baehrensii coniectura qui pro *illis* scribere volebat *ullis* (a Postgatio probatum) carere possumus.

[1]) Non melior Wernsdorfii interpretatio *et cura* eius labis *est altior*, gravior et difficilior illis sc. curationibus de quibus ante dixi.

altior: cf. Verg. Aen. I. 209 *premit altum corde dolorem* = „er verschliesst den Schmerz in der Seele, so dass er tief sitzt". *altior* = *tectior*, cf. Vopisc. Numerian. 14 *denique ut erat altus, risit et tacitus,* ubi *altus* = *tectus.* Vocem *altior* explicat versu sequenti: *causae latentes.*

367. **vitium**: cf. Verg. Georg. III. 454 *alitur vitium vivitque tegendo.*

totis egere.... / corporibus: per totum corpus disperserunt cf. Valer. Flacc. VI. 609 (Iason) *vimque recentem / sentit agi membris.*

368. **seraque.... summa**: extrema consummatione morbi, sero demum se prodente.

noxia: damnum corporis.

369/70. **inde emissa lues et per contagia morbi** (*morbis* A) / **venere in volgum**: haec scribenti Grattio ante oculos versabatur locus Vergilianus, Georg. III. 468 sqq. *continuo culpam ferro compesce, prius quam / dira per incautum serpant contagia volgus. / non tam creber agens hiemem ruit aequore turbo / quam multae pecudum pestes. nec singula morbi / corpora corripiunt.*

Hi loci inter se comparati iterum nos docent, quam vera sit Schenklii observatio (Zur Kritik u. Ueberlieferungsgesch. des Grattius, Jahrb. f. Class. Phil. XXIV p. 415) Grattium Vergilii carmina nosse atque magni facere, neque tamen serviliter imitari.

Pro corrupto *morbis* Sternius *mortes* legere volebat quod Baehrensius et Postgatius in textu posuerunt. Sternius suam coniecturam ita defendit: „*morbi* reposuit Vlitius; at vero in tam vivido et incitato genere dicendi augeatur pondus necesse est sequentis sententiae quae hisce verbis: *et per contagia morbi v. i. v.* mirifice minuitur. Nam *luem emitti* gravius est dictum quam *morbos venire*".

Quae tamen non recte disputata sunt. *Lues* enim mali cuiusdam vim late diffusam significat, quod Germanice „Krankheitsstoff" redditur, *morbus* vero adversa est valetudo quae singulos afficit. *Lue* igitur emissa *morbi* oriuntur. Quapropter cum Fr. Vollmero recipiatur Vlitii nostratis emendatio; idem versus finis Lucret. VI 1236.

venere: eodem modo *veniendi* verbo utitur Vergilius, Aen. III.

138 *miserandaque venit / arboribusque satisque lues et letifer annus*; cf. Nemesian. 202 *nam tristes morbi, scabies et sordida venis / saepe venit.*

370. **exercitus ingens:** denuo venatio cum bello comparatur.
fusaque: (vid. appar. cr.) „cum labes diffunditur vel serpit per canes" (Vollmer).

371. **aequali sub labe:** *aequalis* = omnium communis, nulli parcens; non licet conferre Homericum ὁμοίιος, quod cum vocibus *senectute* (*Δ* 315 ἀλλά σε γῆρας τείρει ὁμοίιον) *pugna* (*Δ.* 440) *contentione* (*Δ* 444) *morte* (γ 236) coniungitur, cf. Leeuwenii adnotationem ad *Δ* 315.

371. 372. **nec viribus ullis — precanti:** nec vires, nec meritum quicquam iuvant, nec precanti spes est exire.
exire: sc. labem i. e. exuere labem, cf. infra 495 *seu tibi fatorum labes exire minasque / cura prior;* de *exeundi* verbo vide meam ad versum 197 adnotationem.

373—378. Hic quoque Grattius memor est Vergilii:
Georg. III. 551–553. *Saevit et in lucem Stygiis emissa tenebris*
pallida Tisiphone Morbos agit ante Metumque
inque dies avidum surgens caput altius effert.

Aen. III. 214/215 *nec saevior ulla / pestis et ira deum Stygiis sese extulit undis*, cum quibus conferendi sunt Grattii versus 373. 374 *quod sive a Stygia letum Proserpina nocte / extulit et Furiis commissam ulciscitur iram,* sed tamen noster suo utitur stilo.
Furiis commissam ulciscitur iram: *ira* saepius *iniuria* est, ex qua ira orta est; sententia igitur haec est: ulciscitur iniuriam, cuius vindicatio commissa est Furiis; cf. Ov. Ex Ponto IV. 3. 21 *dic aliquam quae te mutaverit iram.*

375/376. **seu vitium ex alto spiratque vaporibus aether / pestiferis, seu terra suos populatur honores:** cf. Lucret. VI. 1090:

1090 *nunc ratio quae sit morbis aut unde repente*
mortiferam possit cladem conflare coorta

morbida vis hominum generi pecudumque catervis,
expediam. primum multarum semina rerum
esse supra docui quae sint vitalia nobis,
et contra quae sint morbo mortique necessest
multa volare. ea cum casu sunt forte coorta
et perturbarunt caelum, fit morbidus aer.
atque ea vis omnis morborum pestilitasque
aut extrinsecus ut nubes nebulaeque superne
per caelum veniunt, aut ipsa saepe coortae
de terra surgunt, ubi putorem umida nactast
intempestivis pluviisque et solibus icta.

et eundem VI. 1119:

1119 *proinde ubi se caelum quod nobis forte alienum*
commovet atque aer inimicus serpere coepit,
ut nebula ac nubes paulatim repit et omne
qua graditur conturbat et immutare coactat,
fit quoque ut, in nostrum cum venit denique caelum,
corrumpat reddatque sui simile atque alienum.
haec igitur subito clades nova pestilitasque
aut in aquas cadit aut fruges persidit in ipsas
aut alios hominum pastus pecudumque cibatus
aut etiam suspensa manet vis aere in ipso
et, cum spirantes mixtas hinc ducimus auras,
illa quoque in corpus pariter sorbere necessest.
consimili ratione venit bubus quoque saepe
pestilitas et iam pigris balantibus aegror.

(Et aliis locis Grattius Lucretii versus memoria tenet, cf. nos ad vs. 6. 97, 98.)

Verg. Georg. III. 478:

478 *hinc quondam morbo caeli miseranda coorta est*
tempestas totoque autumni incanduit aestu
et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum

494 *hinc laetis vituli volgo moriuntur in herbis*
et dulces animas plena ad praesepia reddunt;
hinc canibus blandis rabies venit.

Verg. Aen. III. 137

subito cum tabida membris
corrupto caeli tractu miserandaque venit
arboribusque satisque lues et letifer annus.

Verg. Bucol. 7. 57

aret ager: vitio moriens sitit aeris herba.

Conferenda Ovidii quoque pestis descriptio, Metamorph. VII. 523—613.

Digni qui comparentur etiam Nemesiani Cyneg. versus 210 sqq.:

est etiam canibus rabies letale periclum
quod seu caelesti corrupto sidere manat
cum segnes radios tristi iaculatur ab aethra
Phoebus et attonito pallens caput exserit orbe,
(seu magis ignicomi candentia terga Leonis
cum quatit, hoc canibus blandis inviscerat aestus),
exhalat seu terra sinu, seu noxius aer
causa mali.

suos... honores: „pecora" Barthio (scite, inquit ille, „animalia" *terrae honores* nominat) praeeunte interpretatur Vollmerus; sed *herbas frugesve* vult poeta, cf. Horat. carm. I. 17. 16 *hinc tibi copia / manabit ad plenum benigno / ruris honorum opulenta cornu*, ubi schol. *fruges terrae* interpretatur; Sat. II. 5. 12. 13 *dulcia poma / et quoscumque feret cultus tibi fundus honores*, Claudian. de raptu Proserp. II. 128 *pratorum spoliatur honos.* Versibus 373—376 *causae atque signa* enumerantur imminentis morbi, neque enim ad mali fontem avertendum exspectandum est venatori, dum canes aegri iam fiant, cf. etiam Lucr. VI. 1126.

populatur: ad nostrum locum adnotat v. d. Curcio „*populatur*, non *devasta* ma *corrompe, guasta*, si che i frutte producano malattie; in questo significato *populor* non è adoperato dagli scrittori." *Populari* revera *corrumpendi* sensum habere posse ostendit Seneca, Phaedr. 1095 *et ora durus pulchra populatur lapis.* Eundem versus finem atque apud Grattium habes apud Silium Italic. XII. 244 *niveosque per artus / it Stygius color, et formae populatur honores*, cf. Prolegom. p. 30. Equidem Grattii verba *seu terra suos populatur honores* sic interpretari malim: *seu terra <pestiferis exhalationibus> fruges suas corrumpit necatve.*

377. 78. **fontem... amnem**: cf. Verg. Georg III. 213 *atque ideo tauros procul atque in sole relegant / pascua, post montem oppositum et trans flumina lata,* et infra vs. 270 *superant montes et flumina tranant.*

Hi loci Vergiliani cum hoc Grattii versu collati nos docent, quomodo noster, quae apud alios, praesertim Vergilium, legit, in usum

suum convertat; loco enim citato non est sermo de bubus morbo aliquo tactis, sed Veneris stimulis correptis. Etiam *avertendi* verbum Grattius a Marone mutuatur Georg. III. 209/10: *sed non ulla magis viris industria firmat, / quam Venerem et caeci stimulos avertere amoris.* Quamquam igitur vocabulum unum et alterum ex Vergilio haurit, novi tamen aliquid narrat. Optime autem *avertendi* verbum de fontibus aut fluminibus adhibetur, cf. Claudian. de IV consulat. Honor. 482 *iusserat averso fluvium migrare meatu.*

Quae narrat Grattius, etiam apud Columellam leguntur VII. 5. *si aegrotat universum pecus... pabula mutemus et aquationes, totiusque regionis alium quaeramus statum caeli, curemusque, si ex calore et aestu concepta pestis invasit, ut opaca rura, si invasit frigore, ut eligantur aprica.*

379. **ficta:** arte facta, artificiosa.

380. **et nostra quidam redit usus ab arte:** *quidam* = *aliquis*, quam vim in posteriore Latinitate saepissime habet, et apud alios et apud Ammianum, cf. „Syntax und Stilistik von Schmalz [4]", p. 626.

usus: utilitas, cf. supra vs. 89 Ovid. Met. II. 332. *aliquisque malo fuit usus in illo.*

381. **sed varii motus nec in omnibus una potestas:** sed variae sunt morborum progressiones, nec eorum vis eadem.

382. **disce vices:** disce morborum *vicissitudines* et *progressiones;* si sic vocabulum *vices* interpretamur, plane supervacuum *disce vias* legere cum *Schradero* (Observat. lib. pag. 29), qui versum 413 *disce vias et qua sinit artibus exi* comparavit.

et quae tutelast proxima tempta: et medicinam, quam proximam habes, experire. **tutela:** cf. 346 *adfectusque canum tua* <*cura*> *tuerist.*

proxima: cf. vs. 468 *at tu praecipitem, qua spes est proxima, labem / adgredere.*

De rabie.

383. **tardis:** qui nimis sero „medicas adhibent manus", ut pastor ille apud Vergilium, Georg. III. 454 *alitur vitium vivitque*

tegendo / dum medicas adhibere manus ad volnera pastor / abnegat et meliora deos sedet omina poscens /

384. **letale malum:** cf. Nemesianum, Grattii imitatorem: *est etiam canibus rabies, letale periclum.*

386. **subit:** clam gliscit ad linguae radices.

387. **vermiculum:** cf. Plin. H. N. XXIX 100 *est vermiculus in lingua canum qui vocatur a Graecis lytta quo exempto infantibus catulis nec rabidi fiunt nec fastidium sentiunt.*

„Der sogen. *Tollwurm*, d.h. eine vom Körper des Zungenbeins beim Hunde median in das Zungenfleisch eindringende normale Bandmasse, galt *früher* als Ursache der Hundswut und wurde deshalb von den Jägern bei jungen Hunden operativ entfernt....

In neuester Zeit sind verschiedene Mikroorganismen als Erreger der Hundswut angegeben worden. Bruschettini machte einen Bacillus dafür verantwortlich, Memmo einen Blastomyceten und Grigorjew glaubt dasz der Erreger der Wut ein tierischer Parasit sei und zu den Protozoen gehöre. Mit Sicherkeit ist bisher der Erreger der Hundswut nicht nachgewiesen worden; alle dahingehenden Befunde bedürfen die Bestätigung." Brockhaus 1908.

incondita pestis: barbara, horrenda, cf. Plin. ep. IX. 13. 4 *incondito turbidoque clamore.*

388. **praecepit:** Wernsdorfius duos adfert locos ad demonstrandum *praecipere* ubi de aestu usurpatur *arefacere* esse: Verg. Buc. 3. 98 *si lac praeceperit aestus,* ubi *praeceperit*, me si audis, nihil aliud nisi *praeripuerit;* Ovid. Fast. IV. 940 *tosta sitit tellus praecipiturque seges*, ubi Wernsdorfius: *praecipitur* = arescit; sed ibi melius vertas: nimis celeriter maturescit. *Praecipere* nihil est nisi: *ante occupare,* cf. Lucret. VI 1049.50 *aestus ubi aeris / praecepit ferrique vias possedit apertas.* Sententia totius loci haec: ubi vermiculus *occupavit* viscera longa siti salsa,... *deinde* se movere incipit.

390. **moliturque fugas et sedem spernit amaram:** dicuntur haec non de ipso cane aegro, sed de vermiculo, cf. quae ad versum 392 ex Cynosophio exscripsi: *πρὶν ἢ οὖν αὐξήσῃ καὶ λάβῃ πάντα τὸν λαιμὸν τοῦ κυνός κτλ.*

Quod cum non videret Vlitius, pro *amaram* coniecit *amatam;*

sed cum sermo sit de vermiculo, *amara* recte habet; defenditur enim vocabulo *salsa* v. 388; „*amara* von dem beizenden Geruch des Speichels." (H. Schenkl.)

391. **hoc motu:** sc. vermiculi.

392. **vertere:** = versi sunt; aor. gnomicus.

Cum toto loco compara Valer. Flacc. VII. 124 *sic adsueta toris et mensae dulcis erili / aegra nova iam peste canis rabieque futura / ante fugam totos lustrat queribunda penates.*

392. **ergo insita ferro / iam teneris elementa mali causasque recidunt:** cf. Cynosoph. quod Hercherus in appendice Aeliani edidit, p. 590. 9 *ἐν τῷ κάτω μέρει τῆς γλώσσης αὐτοῦ δεσμοῖς τισι κατέχεται· γίγνεται δὲ εἶδος εἰς ἐκτύπωμα σκώληκος, ὅμοιον νεύρῳ λευκῷ. πρὶν ἢ οὖν αὐξήσῃ καὶ λάβῃ πάντα τὸν λαιμὸν τοῦ κυνός, ἀπόκοψον ἐκ τῆς γλώσσης αὐτοῦ, καὶ θεραπεύσεις τὸν τόπον ἐπιτηδείως.*

iam teneris: cum canes adhuc parvi sunt.

393. **recidunt:** sc. venatores.

396. **ante relata.... nox.... umbras:** antequam nox denuo *(relata)* orbem umbra sua involvit.

398. **blanditur mensis:** cf. Nemesianum qui, postquam de rabie egit, narrat quomodo possis *furias repellere tristes / atque iterum b l a n d i s canibus componere mentes.*

De rabiei remediis magicis.

400. **non illa metus solacia falsi / tam longam traxere fidem:** illis remediis non tam diu fides habita est, ut hodie quoque utilia putentur.

metus falsi: bene iudicat Sternius sic scribendo: „in Grattio etsi pia plenaque deorum omnia, nullum tamen anilem invenies metum".

solacia: praecepta: remedia ad deliniendas superstitiosorum mentes inventa, *θέλγητρα δεισιδαιμονίας.*

401—3. **collaribus — iussere:** verba sic iungantur et explicentur: „sunt qui iussere collaribus <ex pelle> maelis lucifugae <factis> inducere cristas <galli>."

De *collaribus* Varro de re rust. II. 9. 15. haec habet: *ne vulne-*

rentur a bestiis, imponuntur his collaria quae vocantur melium, id est cingulum circum collum ex corio firmo cum clavulis capitatis, quae intra capita insuitur pellis mollis, ne noceat collo duritia ferri.

Cristae gallorum ideo collaribus inducuntur, quod gallis vis magica tribuitur, cf. Plin. N. H. X. 49 qui de gallis scribit: *hi maxime terrarum imperio imperant, extis etiam fibrisque haud aliter quam opimae victimae Diis grati.*

Morbi avertendi causa galli crista Laribus promittitur, cf. Iuven. 13. 232 *pecudem spondere sacello / balantem et Laribus cristam promittere galli / non audent.*

Cum Grattii versibus utique comparandus Plin. XXIX, 100: *aiunt et cristam galli contritam efficaciter imponi* — narrat enim quomodo homines a cane rabioso morsi sanari possint; Marcell. I, 82 *plumae vel crista alligatur ad collum aut dolentis caput ac statim medetur.*

„Tanta vis," inquit G. Kropatscheck in dissertatione, *de amuletorum apud antiquos usu*, „amuletis ab antiquis adscribebatur, ut etiam *animalia* ad depellenda mala ea quaerere putarent homines," cf. Aelian. hist. anim. I. 35 *βασκάνων ὀφθαλμοὺς καὶ γοήτων φυλάττεται καὶ τῶν ζώων τὰ ἄλογα φύσει τινι ἀποῤῥήτῳ καὶ θαυμαστῷ. Ἀκούω οὖν βασκανίας ἀμυντήριον τὰς φάττας δάφνης κλωνία ἀποτραγούσας λεπτά, εἶτα μέντοι ταῖς ἑαυτῶν καλιαῖς ἐπιτιθέναι, τῶν νεοττίων φειδοῖ κτλ.* Quapropter homines domesticis animalibus amuleta circumligant eodem modo atque infantibus, cf. Jahn, über den Aberglauben des bösen Blicks bei den Alten (Sitzungsber. der sächs. Ges. d. Wiss. 1855). p. 40, adnot. 40.

maelis: cf. quae ad versum 340 adnotavimus.

403. **sacris... conchis:** libro XXXII. 2. Naturalis Historiae Plinius narrat parvum pisciculum, qui echeneis appelletur, miram quandam potentiam habere, qua vetat ire navigia. Paulo post (5) addit: *nec dubitamus idem valere omnia genera, cum celebri et consecrato etiam exemplo apud Gnidiam Venerem conchas quoque eius potentiae credi necesse sit;* vid. etiam Plinium N. H. IX. 80.

404. **vivom lapidem:** cf. Plin. H. N. XXXVI. 137 *Molarem quidam pyriten vocant, quoniam sit plurimus ignis illi: sed est alius spongiosior tantum et alius etiamnum pyrites similitudine aeris. In Cypro eum reperiri volunt et in metallis quae sunt circa*

Acarnaniam unum argenteo colore, alterum aureo. Coquuntur varie ab aliis iterum tertioque in melle, donec consumatur liquor: ab aliis pruna prius, dein melle, et postea lavantur, ut aes. Usus eorum in medicina excalfacere, siccare, discutere, umorem extenuare, duritias nimias mollire. Utuntur et crudis tusisque ad strumas atque furunculos. Pyritarum etiamnum aliqui genus unum faciunt plurimum habens ignis quos vivos appellamus, et ponderosissimi sunt. Hi exploratoribus castrorum maxime necessarii qui clavo vel altero lapide percussi scintillas edunt: quae exceptae sulphure aut fungis aridis vel foliis dicto celerius ignem trahunt.

Melitensia.... / curalia: de curalio legimus apud Plinium, H. N. XXXII. 23 *auctoritas baccarum eius non minus Indorum viris quoque pretiosa est, quam feminis nostris uniones Indici. Haruspices eorum vatesque in primis religiosum id gestamen amoliendis periculis arbitrantur. Itaque et decore et religione gaudent. Priusquam hoc notesceret, Galli gladios scuta galeas adornabant eo. Nunc tanta penuria est vendibili merce, ut perquam raro cernatur in suo orbe. Surculi infantiae adalligati tutelam habere creduntur.*

Conferantur etiam *Λιθικά* (Orphica rec. Abel, 1885 p. 129) 588—593 de curalibus:

φάρμακα δ' ὅσσα πέλονται ἀτάσθαλα καὶ κατάδεσμοι
ἀραί τ' ἀγνάμπτοισιν Ἐριννύσι πάγχυ μέλουσαι,
εἴτε μύσος κεύθων οἰκοφθόρον οὐκ ἐνόησεν
ἀνήρ, εἴθ' ὅσα λύματ' ἐπὶ σφίσιν ἠδ' ἐπαοιδάς
σχέτλιοι ἀλλήλοισι μεγαίροντες τελέουσι
πάντων ἀντίλυτρον δήεις κρατερώτατον εἶναι.

405. **et magicis adiutas cantibus herbas:** „homines — inquit *G. Kropatscheck* (loco laud. p. 41) — cum morborum causas ignorent, in superstitionem incidentes malignos daemones morborum causas esse putant, quos nemo nisi alius daemon vel deus depellere potest. Itaque medicina popularis multa commendat praecepta et medicamenta superstitiosa atque cum omnes fere herbae arboresque tamquam dei adorentur, deorum vice fungantur, deis vel daemonibus quibusdam sacrae sint, [1]) imprimis plantis

[1]) cf. *Plin.* XII. 3; *K. Boetticher*, Der Baumkultus der Hellenen, Berl. 1856; *Mannhardt*, Antike Wald- und Feldkulte, 1877; *Overbeck*, Ber. d. sächs. Ges. d. Wiss. 1864, 128—140; *Gruppe*, Griech. Mythologie p. 779—92; *Murr*, Pflan-

et plantarum partibus ad morbos sanandos saepissime utitur. Divina quaedam vis, quae plantis inest, morborum causam i. e. malignum daemonem superat atque ex corpore depellit; quin etiam haec divina plantarum vis tanta est, ut etiam morbos vel daemones, ne in corpus intrent, prohibere possit. Itaque ad morbos sive ortos sive nondum ortos depellendos plantae vel plantarum partes non solum eduntur et bibuntur ab hominibus, sed etiam pro amuletis gestantur, cf. etiam *Adam Abt* die Apologie des Apuleius, Gieszen 1908, p. 89—92; 93; 108; *Rosenkranz*, die Pflanzen in Volksaberglauben, 1896, p. 322: „man pflegte kranken Schweinen einzelne Zweige um den Hals zu hängen, damit sie gesundeten".

406/7. **ac sic — deorum:** atque ita pax deorum, quae impetratur „amuleto" (= *tutela*, ut Skutsch apud Vollmerum bene interpretatur), irritos facit <magorum> offectus et veneficium, quod fit oculi maligni obtutu.

offectus: *officere* = periculum, noxam afferre; *offectus* igitur malum fascinum.

oculi maligni: quantam vim Antiqui invidiae imputaverint, cognosere licet ex Verg. Buc. 3. 103 *nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos;* Horat. Epist. I. 14. 37 *non istic obliquo oculo mea commoda quisquam / limat.*

Catull. 5. 12 *nequis malus invidere possit,* ubi *invidere* = fascinare; Cic. Tusc. III. 20 *invidiae quod verbum ductum est a nimis intuendo fortunam alterius, ut est in Melanippo: „quisnam florem liberum invidit meum?"* Prop. II. 25. 34 *invidiam quod habet, non solet esse diu.* Dignus tamen ante omnes, qui de hac re legatur, est *Plutarchus*, Quaestion. Convivales lib. V. Quaest. 7 περὶ τῶν καταβασκαίνειν λεγομένων (= „vom bösen Blick"), cf. *Otto Jahn*, über den Aberglauben des bösen Blicks bei den Alten, Berichte der sächsischen Gesellschaft der Wissenschaften, Phil.-

---

zenwelt i. d. griechischen Mythologie, Innsbruck 1893; *Dieterich*, Mutter Erde, p. 48, 49, 64, 65; *Rhode*, Psyche[2], p. 220. 2; 247. 1; index s. v. „Pflanzenseele"; *Wünsch*, Frühlingsfest p. 31 sqq. (39; 42); *Reich*, Mimus p. 508; *Samter*, Neue Jahrbücher 1906. p. 43; *Olck*, Pauly-Wissowa s. v. „Bohne"; saepe magi et poetae herbas ut homines vel deos daemonesque alloquuntur, cf. *Lobeck*, Aglaophamus, p. 903 sq.; *Heim*, incantamenta, p. 503 sqq.; *Fossel*, Volksmedizin i. d. Steiermark, p. 18 sq.; *Woermann*, Über den landschaftl. Natursinn d. Gr. u. Römer, München 1871, p. 33; *de Visser*, de Graecorum diis non referentibus speciem humanam, Diss. Leid. 1900.

histor. Klasse 1855. p. 28 sq., *P. Bienkowski*, Malocchio, Eranos Vindobonensis, Wien 1893. p. 285—303; *Theodor Weidlich*, die Sympathie in der antiken Litteratur, Programm des Karls-Gymnasiums zu Stuttgart 1893—94, p. 55—58. Ex Plutarchi libro supra laudato iuvat me haec adferre: *γιγώσκομεν .... ἀνθρώπους τῷ καταβλέπειν τὰ παιδία μάλιστα βλάπτοντας ...· τούς γε περὶ τὸν Πόντον οἰκοῦντας πάλαι Θηβεῖς προσαγορευομένους ἱστορεῖ Φύλαρχος οὐ παιδίοις μόνον, ἀλλὰ καὶ τελείοις ὀλεθρίους εἶναι· καὶ γὰρ τὸ βλέμμα καὶ τὴν ἀναπνοὴν καὶ τὴν διάλεκτον αὐτῶν παραδεχομένους τήκεσθαι καὶ νοσεῖν.*

De scabie.

De scabie *canum* pauca admodum legimus apud Columellam VII. 13: *si scabies,* inquit, *infestabit, gypsi et sesami tantundem conterito, et cum pice liquida permisceto vitiosamque partem linito: quod medicamentum putatur etiam hominibus esse conveniens. Eadem pestis si fuerit vehementior, cedrino liquore aboletur.*

Cum autem canum scabies eodem fere modo curetur atque ovium aliorumque animalium, etiam quae de ovium scabie traduntur, comparanda sunt. De ovium scabie scripserunt Cato, Varro, Vergil. Georg., Columella qui Catonis praecepta repetivit, Geoponica.

Cato (de re rustica 96): *oves ne scabrae fiant, amurcam* (Gratt. 416) *condito, puram bene facito, aquam in qua lupinus deferverit et faecem de vino bono inter se omnia conmisceto pariter. postea cum detonderis, unguito totas, sinito biduum aut triduum consudent, deinde lavito in mari* (cf. Gratt. 425): *si aquam marinam non habebis, facito aquam salsam, ea lavito. si haec sic feceris, neque scabrae fient et lanae plus et meliorem habebunt et ricini non erunt molesti. eodem in omnes quadrupedes utito, si scabrae erunt.*

Catonis praecepta Columella VII. 4. 7 repetivit: *verum ea quandoque detonsa fuerit, ungui debet tali medicamine. sucus excocti lupini veterisque vini faex et amurca pari mensura miscentur eoque liquamine tonsa ovis inbuitur, atque ubi per triduum delibuto tergo remedia perbibit, quarto die, si est vicinia maris, ad litus deducta mersatur; si minus, caelestis aqua sub dio* [1]) *salibus in hunc usum durata paulum decoquitur*

---

[1]) *subsidio* codex Sangermanensis.

eaque grex perluitur. hoc modo curatum pecus toto anno scabrum fieri non posse Celsus adfirmat.

Varro (de re rust. II. 1. 23): *perfunditur aqua et perunguitui oleo et vino tepefacto, et item cibo sustinetur et inicitur aliquid ne frigus laedat.*

idem (de re rust. II. 11. 7): *de tonsura ovium primum animadverto antequam incipiam facere, num scabiem aut ulcera habeant, ut si opus est ante curentur quam tondeantur.... Tonsas recentes eodem die perungunt vino et oleo; non nemo admixta cera alba et adipe suilla... si qua in tonsura plagam accepit, eum locum oblinunt pice liquida.*

Verg. Georg. III. 441:

turpis ovis temptat scabies, ubi frigidus imber
altius ad vivum persedit et horrida cano
bruma gelu, vel cum tonsis inlotus adhaesit
sudor, et hirsuti secuerunt corpora vepres.
dulcibus idcirco fluviis pecus omne magistri
perfundunt, udisque aries in gurgite villis
mersatui, missusque secundo defluit amni;
aut tonsum tristi contingunt corpus amurga,
et spumas miscent argenti et sulfura viva
Idaeasque pices et pinguis unguine ceras,
scillamque elleborosque gravis nigrumque bitumen
non tamen ulla magis praesens fortuna laborum est,
quam si quis ferro potuit rescindere summum
ulceris os: alitur vitium vivitque tegendo,
dum medicas adhibere manus ad volnera pastoi
abnegat, aut meliora deos sedet omina poscens.
quin etiam, ima dolor balantum lapsus ad ossa
cum furit atque artus depascitur arida febris,
profuit incensos aestus avertere et inter
ima ferire pedis salientem sanguine venam.

Geoponica [1]) XVIII. 15 (compilator ex *Didymo* [2]) haurit): ψώρα οὐδὲ τὴν ἀρχὴν προσπελάσειεν, εἰ οἷς προείπομεν μετὰ τὸ κεῖραι

---

[1]) Cassiani Bassi Scholastici de re rustica eclogae quae vulgo Geoponica appellantur; optima editio est ea quam curavit *I. N. Niclas*, Lipsiae, 1781, tom. I et II; anno 1895 novam editionem curavit *H. Beckh* (Teubner). De Cassiani fontibus disputaverunt v. d. *A. Gemoll* (Untersuchungen über die Quellen, den Verfasser und die Abfassungszeit der Geoponica, Berlin 1883), v. d. *Oder* (Beiträge zur Geschichte d. Landwirtschaft bei den Griechen.

τὰ πρόβατά τις χρίσειεν. εἰ δὲ ἀμελήσαντός σου συμβῇ, θεραπεύσεις αὐτὰ οὕτως. ἀμόργη ἄναλος διηθεῖται καὶ ὕδωρ πικρῶν θέρμων προβραχέντων καὶ τρύξ λευκοῦ οἴνου τὸ ἴσον ἑκάστου μιχθὲν ἐν ἀγγείῳ θερμαίνεται, καὶ τὸ πρόβατον τούτῳ χρισθὲν ἐπὶ β ἡμέρας μένει, τῇ γ δὲ ὕδατι θαλαττίῳ ἢ ἅλμῃ θερμῇ λουτέον καὶ μετὰ ταῦτα ὕδατι ποτίμῳ.

His locis cum Grattio comparatis mihi verisimile videtur nostrum poetam non solum Vergilii memorem esse, sed etiam e *Catone* hausisse. Confer Gratt. 423 *exsudent vitium* cum Catonis verbis *sinito biduum aut triduum consudent.* Post quae verba apud utrumque scriptorem, Catonem et Grattium, legimus *oves scabras aqua marina lavandas.*

408. **deformis:** Verg. Georg. III. 441 *turpis... scabies;* Veget. Mulomed. II. 135 *scabies iumentis deformitatem et passionem et interdum periculum generat.*

dulcedine: cf. Veget. Mulomed. II. 52: *uligines etiam in pedibus cruribus unguibusque vel sub armis aliquando generantur, quas quidem dulcedines vocant*; *habent similitudinem scabiei. Quae cum se diffuderint, pedes exulcerant ad similitudinem leprae, et urgente prurigine animalia sibi partes illas corrodunt vel alternis pedibus confricando vulnerant. Quod vitium acritudo humorum consuevit generare, et ideo curatur detractione sanguinis, unctionibus et purgationibus ventris.*

Hic locus explicatur collato Varrone, de re rustica II. 2.7 *non enim solum ea uligo lanam corrumpit ovium, sed etiam ungulas, ac scabras fieri cogit,* cf. etiam Cic. de legib. I. 47 *cuius blanditiis corrupti quae natura bona sunt, quia dulcedine hac et scabie carent, non cernunt satis.*

Auson. Epigramm. 106. 12, p. 351 (Peiper): [in scabiosum Polygitonem] *donec marcentem calidi fervore lavacri / blandus letali solvat dulcedine morbus.*

Dulcedo igitur = *prurigo,* Batave „jeuk", Germanice „Jucken".

lacerum dulcedine corpus: haec iungenda.

409. **longi via pessima leti:** cf. Nemesian. 202 *nam tristes morbi, scabies et sordida venis / saepe venit, multamque canes*

Rhein. Mus. Bnd 45 [1890] p. 58, 212, Bnd 48, p. 1) et v. d. *Baumstark* (Lucubrationes Syrograecae, Philol. Jahrb. suppl. 21 p. 359).

[2]) Vixit saeculo post Chr. n. quarto vel quinto, scripsitque de re rustica et de medicina, cf. Susemihl, Gesch. der Griechischen Litt. i. d. Alexandrinerzeit, vol. II, p. 196, Oder, Rhein. Mus. Bnd. 45 [1890], p. 218.

discrimine nullo / dant stragem; via leti, cf. Verg. Georg. III. 482 *nec via mortis erat simplex.*

410. 11. **in primo accessu tristis medicina, sed una / pernicies redimenda anima:** quamquam triste est remedium, tamen unus ex canibus necandus est, ne plures moriantur; secutus est Vergilium qui alio contextu lue pecudes vexante idem suadet atque Grattius: cf. Georg. III. 468 *continuo culpam ferro compesce, prius quam / dira per incautum serpant contagia volgus,* ubi Conington iure adnotat: „the meaning of course is that the sheep is to be killed, not, as the Delphin editor thinks, that the disease is to be exterminated by cutting."

De Grattio, Vergilii imitatore, confer quae ad vs. 377 adnotavi. Verum est quod dicit Sternius Grattium hoc versu a Vergilio nec sententiarum pondere nec verborum vi numerisque superari.

sequaci: quod alios persequitur. Cf. Veget. Mulomed. II 135 de scabie: *contagiosa namque est et transit in plures.*

412. **malo:** morbo, cf. 377 *fontem averte mali.*

trahant: concipiant, cf. Ov. Trist. V. 13. 3 *aeger enim traxi contagia corpore mentis.*

volgus: *subiectum;* codex A *vulgi*; Sannazari emendationem confirmat Verg. georg. III. 469 supra allat.

413. **quodsi dat spatium:** quodsi morbus non subito prorumpit.

promonet: sic legit A, quod non est mutandum; sententia haec est: si morbus te ipse admonet se adesse, quippe qui paulatim ingravescat.

ortu: in oriendo.

414. **vias:** μεθόδους τοῦ θεραπεύειν.

exi: = excute, expelle, cf. Gratt. 197 *exibit vitium.*

415. **tunc et odorato medicata bitumina vino:** eadem medicamina enumerat *Vegetius*, Mulomedic. (ed. Lommatzsch) II, 135. 3 *asfaltum, sulfur vivum, picem liquidam, butyrum aequis ponderibus pariter deteris et in sole diutissime confricans iumenti corpus perungis.*

Paulo infra legimus II. 135. 6 *sulfur quoque cum vino candido decoctum similiter iuvat.* Confer etiam *Pelagonium* (ed. Ihm) 347.

416. **Hipponiasque pices:** picem Bruttiam vult poeta, cf. *Pelagonium* (ed. Ihm 323.) *picis Brittiae* (sic) ⟨*lib.*⟩. Ἱππώνιον est *Vibo Valentia* in via Popilia; de littera *o* correpta (*Hippŏniasque*) confer Friedrichium ad Catull. 64. 37 „⟨es⟩ ist bekannt wie die antiken Dichter aus Versnot mit Eigennamen umgehen", cf. Lucan. II. 593 *mollique Sŏphene* (Σωφήνη), Ov. Metam. XV. 708 *Leucŏsiam* (Λευκωσία), Sil. Ital. VIII. 579 *Marte Cĕrillae* (Κήριλλοι).

amurcae: sordes olei, *ἀμοργή*, cf. *ἀμέργω;* Plinius amurcae varios usus enumerat (N. H. XV. 33): *supei omnia vero celebravit amurcam laudibus Cato. Dolia olearia cadosque illa imbui, ne bibant oleum. amurca subigi areas terendis messibus ut formicae rimaeque absint. quin et lutum parietum ac tectoria et pavimenta horreorum frumenti, vestiarium etiam contra teredines ac noxia animalia amurca aspergi: semina frugum perfundi*; *morbis quadrupedum, arborum quoque, illa medendum, efficaci ad ulcera interiora humani quoque oris.*

417. **summam complectitur ignis in unam:** ignis omnes unguenti partes ita coquit, ut una oriatur massa.

miscuit.... complectitur: metrum facit, ut poeta diversa adhibeat tempora, cf. 45. Cum nostro loco conferatur Nemesianus 226 *admiscensque diu facies concrescere utrumque.*

418. **inde lavant aegros:** „die Hauptsache bei der Behandlung besteht darin dasz die Krusten und Borken auf der räudekranken Haut nach Entfernung der Haare durch Schmierseife aufgeweicht werden und hierauf die Räudemilben durch Perubalsam, Benzin oder Kreosot (mit Öl gemischt), Teer (mit Schmierseife und Spiritus gemischt), durch Tabakabkochung, Kreolinwasser oder Kreolinliniment (mit Spiritus und Seife) getötet werden." Brockhaus, 1908. Genus igitur medicinarum nostro quoque tempore idem mansit.

ast: vocabulum corruptum videtur; Aldina edebat *est*, quod est durissimum, melius cum Barthio scribes *atque*, quod magis arridet quam Vollmeri coniectura *sic.* Tunc enim exspectem praesens *coercetur*, non perfectum *coercita.*

419. **quae te ne cura timentem / differat: et pluvias et Cauri frigora vitent:** ne tamen haec curatio te ⟨canibus tuis aegris⟩ timentem diutius moretur i.e. ne morbus nimis diu animalia

vexet, cura, ut pluvias ventosque vitent. Complura exstant exempla verbi *differre* cum acc. personae, cf. Martial. XIII. 55 *sed propera, caros nec differ amicos.*

421. **sic magis:** haec est lectio codicis A, quae defendi nequit, Postgatius pro *sic* coniecit *stent*, Schenkl melius *duc*, quod ductus literarum propius sequitur.

ut: Vollmer adnotat: *ut* i.e. *simulac;* ego malim *ut* = *ubi*, „duc potius <eo> ubi....", cf. Plaut. Bacch. 815 *in eopse astas lapide, ut praeco praedicat;* Catull. 11. 2/3 *sive in extremos penetrabit Indos / litus ut longe resonante Eoa / tunditur unda,* Verg. Aen. V. 329 *labitur ut forte* (sanguis) *humum super madefecerat.*

421. **nudis.... vallibus:** cf. Ov. Trist. III. 11.75 *nudos sine fronde, sine arbore campos.*

422. **a vento:** in partem montis a vento tutam, cf. Verg. Georg. III. 300 sqq. *post hinc digressus iubeo frondentia capris / arbuta sufficere, et fluvios praebere recentes; / et stabula a ventis hiberno opponere soli / ad medium conversa diem.*

423. **subeatque latentibus ultro, / quae facta est medicina vadis:** locus difficillimus; quaeritur enim, quid sit *vadis*; Vollmer intelligit, „ex aquis reconditis, quas opponit poeta mari aperto, de quo iam locuturus est". Fateor tamen me non intellegere, quid vir doctus sibi velit; quam sententiam, rogaverim, verbo *subeundi* tribuit?

Iohnsonius interpretabatur: „venis quae sunt quasi totidem sanguinis alvei rivique".

Sed licet voci *vadum* talem dare vim?

Cum nostro loco comparandus est versus 461 *medias exedit noxia fibras.* „Venae" inquit Plinibus N. H. XI. 220 „in praetenues postremo fibras subter totam cutem dispersae adeo in angustam subtilitatem tenuantur, ut penetrare sanguis non possit aliudve quam exilis umor ab illo qui cacuminibus innumeris sudor appellatur". Paulo supra idem scriptor haec habet: „venae id est *sanguinis rivi*" (218). Grattius igitur *foramina* cutis *vada* nominasse videtur fortasse vocem Graecam „πόροι" (the pores of the body) vertens, cf. Platon. Menon. 76 C. Sic in *Chironis* mulomedicina (ed. Oder p. 64. 5) legimus *praecluditur stercoris*

v a d u m, quod est f o r a m e n ipsius coli, quem locum citat Radermacherus, qui tamen apud Grattium vocem *vada* valere *intestina* putat.

424. **nec non tamen illum / spumosi catulos mergentem litoris aestu / respicit:** nec non tamen = praeterea, cf. quae supra ad vs. 240 adnotavi.

Poeta hoc dicit: Apollo iuvat eum, qui canes in maris aqua lavat, cf. Catonem (de re rust. 96) *deinde lavito in mari*, et Columellam VII. 4. 7 *si est vicinia maris ad litus deducta mersatur;* Vegetium, Mulom. II. 135. 6 *si vetustate scabies occalluerit, prius eradenda ferro vel testis ad vivum est, insuper humano lotio cum aqua marina vel salsa mixto perfricanda.*

426. **facilis... in artes:** non „pronus in artes venatorias" quia ipse Deus venatui deditus est, ut putabat Burmannus, sed „benignus aegrotantibus" ut explicat Sternius.

Paean = Apollo. *in artes*, cf. infra 498 *non omne meas genus audet in artis.*

427. **o rerum prudens .... experientia:** genitivus *rerum* pendet a voce *prudens* cf. Kühner-Stegmann II. 1. p. 437b.

428. **largita:** sc. *es*.
curent: homines.

429. **gratos agitando prendere finis:** *gratos fines* = laborem pretio rependentes, cf. 74 *si qua meis respondet ab artibus... / gratia.*

Prendere fines = „das Ziel erreichen", cf. Ov. Am. II. 9. 31 *ut subitus, prope iam p r e n s a t e l l u r e, carinam / tangentem portus ventus in alta rapit;* Stat. Silv. I. 2. 201 sqq. *macte toris Latios inter placidissime vates, / qui durum permensus iter coeptosque labores / p r e n d i s t i p o r t u s.*

agitando: enixo studio.

De antro Vulcani.

430. **est in Trinacria specus ingens:** cf. Athen. II. 17. 42 *ἐν τῇ Καρχηδονίων δ' ἐπικρατείᾳ* (sc. *ἐν Σικανοῖς τῆς Σικελίας*) *κρήνη ἐστί, ᾗ τὸ ἐπιστάμενον ἐλαίῳ ἐστὶν ὅμοιον, μελάντερον τὴν χρόαν, ὃ ἀποσφαιροῦντες χρῶνται πρὸς τὰ πρόβατα καὶ τὰ κτήνη.*

Fons, de quo Athenaeus hic loquitur, fuit in ea Siciliae parte quam tenuerunt Carthaginiensies, quae Halyco amne ab Agrigentinorum agro distincta erat. Fuit igitur, ut Antigoni locus qui sequitur docet, in *Sicania*, regione Agrigentinis finitima, quapropter ab aliis *fons Agrigentinus* vocatur.

Antigonus, (Rerum naturalium scriptores Graeci minores rec. O. Keller, vol. I. p. 34) CXXXIX (154) *Λύκον δὲ τὸν Ῥηγῖνον λέγειν, τὴν μὲν ἐν τῇ Σικανῶν χώρᾳ φέρειν ὄξος, ᾧπερ ἐπὶ τῶν ἐδεσμάτων χρῶνται, τὴν δὲ ἐν † Κυτιστράτῳ* (*Μυτιστράτῳ* coniecit Meursius ex Stephano) *οἷον ἐλαίῳ ῥεῖν· τοῦτο δ' ἔν τε τοῖς λύχνοις κάεσθαι καὶ δύνασθαι φύματα καὶ ψώραν ἰᾶσθαι, προσαγορευόμενον Κυστιτραῖον* (*Μυτιστράτιον* Meursius).

Pseudo-Aristotel. de Mirabil. (ed. Apelt) 113: *ἐν δὲ τῇ ἐπικρατείᾳ τῶν Καρχηδονίων φασὶν ὄρος εἶναι ὃ καλεῖται Οὐράνιον, παντοδαπῆς μὲν ὕλης γέμον, πολλοῖς δὲ διαπεποικιλμένον ἄνθεσιν· ὥστε τοὺς συνεχεῖς τόπους ἐπὶ πολὺ μεταλαμβάνοντας τῆς εὐωδίας αὐτοῦ, ἡδίστην τινὰ τοῖς ὁδοιποροῦσι προσβάλλειν τὴν ἀναπνοήν. πρὸς δὴ τοῦτον τὸν τόπον κρήνην ἐλαίου φασὶν εἶναι, τὴν δὲ ὀσμὴν ἔχειν τῆς κέδρου τοῖς ἀποπτίσμασιν ὁμοίαν. δεῖν δέ φασι τὸν προσιόντα πρὸς αὐτὴν ἁγνὸν εἶναι· καὶ τούτου γιγνομένου πλεῖον ἀναβλύζειν αὐτὴν τὸ ἔλαιον, ὥστε ἀσφαλῶς ἀρύεσθαι.*

114. *φασὶ καὶ ταύτης τῆς κρήνης πλησίον εἶναί τινα πέτραν, αὐτοφυῆ, μεγάλην τῷ μεγέθει. ταύτην οὖν λέγουσιν, ἐπειδὰν μὲν ᾖ θέρος, φλόγα ἀναπέμπειν πυρός.*

Plinius N. H. XXXV. 179 *Gignitur etiam pingue liquorisque oleacei in Sicilia Acragantino fonte inficiens rivum. Incolae id arundinum paniculis colligunt, citissime sic adhaerescens. Utuntur eo ad lucernarum lumina olei vice, item ad scabiem iumentorum.*

Solin. Polyhistor. ed. Mommsen p. 53 [5. 22. 24] *in lacu Agrigentino oleum supernatat: hoc pingue haeret harundinum comis de assiduo volutabro, e quarum capillamentis legitur unguentum medicum contra armentarios morbos. Nec longe inde collis Vulcanius, in quo, qui divinae rei operantur, ligna vitea super aras struunt nec ignis apponitur in hanc congeriem: cum prosicias* (= partes hostiae dissectae) *intulerint, si adest deus, si sacrum probatur, sarmenta, licet viridia, sponte concipiunt et nullo inflagrante halitu ab ipso numine fit accendium. Ibi epulantes alludit flamma quae flexuosis excessibus vagabunda, quem contigerit, non adurit: nec aliud est, quam imago nuntia perfecti rite voti.*

Ex his locis videmus ea, quae Grattius narrat, non ex nihilo ficta esse; eae narrationes, praesertim, quam apud Solinum legimus, tam similes sunt iis quae Grattius docet, ut dubitari non possit, quin poeta Romanus loquatur de spelunca quadam prope Agrigentum.

Non tamen in nostrum locum quadrant, quae apud Aelianum legimus, histor. anim. XI. 3 *ἐν Αἴτνῃ δ' ἄρα τῇ Σικελικῇ Ἡφαίστου τιμᾶται νεὼς καὶ ἔστι περίβολα καὶ δένδρα ἱερὰ καὶ πῦρ ἄσβεστόν τε καὶ ἀκοίμητον.*

Vitruvius quoque de stagnis Agrigentinis loqui videtur, sed quae apud auctorem suum invenit, non bene intellexit; nam VIII. 3 haec legimus: *item Carthagini fons est in quo natat insuper oleum odore, ut scobis citreae, quo oleo etiam pecora solent ungi;* in fonte igitur legit *ἐν τῇ ἐπικρατείᾳ τῶν Καρχηδονίων*, quae falso *Carthagini* vertit. Eundem errorem invenimus apud *Pseudo-Sotionem*, XXIX (*Παραδοξογράφοι* ed. Westermann 1839, p. 188) *Ἀριστοτέλης ἱστορεῖ κατὰ Καρχηδόνα κρήνην εἶναι ἐλαίου προσηνεστέραν· ἂν δὲ μή τις ἁγνὸς προσίῃ, ἐκλείπειν αὐτήν.*

Quaeritur nunc, e quo scriptore Grattius ea, quae de fonte Agrigentino narrat, hauserit.

Narrationes quas modo exscripsimus inter se comparantes videmus res a *Solino* memoriae traditas maxime congruere cum iis rebus, quas apud Grattium legimus. Ignoramus autem quem auctorem Solinus hoc loco exscripserit. Narrationem Solini de colle Volcanio praecedunt nonnulla ex Plinii Naturali Historia (XXXV. 179) sumpta. Permulta autem Plinius fontium ob mirabilem quandam vim memoria dignorum exempla dat, quae ipse se ex *Varrone* hausisse profitetur; cf. XXXI. 2. 15:

in Cilicia apud oppidum Cescum rivus fluit Nus, ex quo bibentium subtiliores sensus fieri M. Varro tradit; at in Cea insula fontem esse quo hebetes fiant, Zamae in Africa quo canorae voces; ibidem 27: *Varro ad Soracten in fonte, cuius sit latitudo quattuor pedum; sole exoriente eum exundare ferventi similem; aves quae degustaverint iuxta mortuas iacere*; ibidem 9 *idem* (ut calculosis aqua medeatur) *contingit in Velino lacu potantibus; item in Syriae fonte iuxta Taurum montem, auctor est M. Varro.*

Sed et *Solinum* aquae miracula a Varrone mutuatum esse videmus p. 57 [7. 12]: *Varro perhibet fontem in Arcadia esse cuius interimat haustus.*

Cum autem parum verisimile sit Solinum ex Grattio hausisse, non audacius est conicere et ea quae Solinus de colle Volcanio et

ea quae de lacu Agrigentino tradit olim apud Varronem quoque coniuncta fuisse, ex quibus Plinius priora tantum in opus suum desumpserit. Et revera vocabulum rarum *prosiciem* Nonius e Varrone citat III. 179 *prosiciem extorum vel in mensam porricere.* Haec coniectura confirmatur iis quae disputavit v. d. *Oder* (Quellensucher im Altertum, Philolog. Supplem.-bnd. VII. p. 363). Is enim demonstravit Vitruvium VIII. 1-3 ex *Varrone* hausisse, ipsumque Varronem sua ex *Posidonio* sumpsisse. Congruunt autem quae Vitruvius de fonte Agrigentino narrat cum iis quae apud Pseudo-Aristotelem legimus, cf. τὴν δὲ ὀσμὴν ἔχειν τῆς κέδρου τοῖς ἀποπτίσμασιν ὁμοίαν et *odore, ut scobis citreae.* Ps.-Aristotelis caput 113 *Timaeo* esse attribuendum et Paulus Guenther (De ea quae inter Timaeum et Lycophronem intercedit ratione Diss. Lips. 1889) et Johannes Geffcken (Geographie des Westens, 120) intellexerunt.

Sumendum igitur est aut Varronem iis, quae apud Posidonium invenerit, nonnulla ex Timaeo addidisse, aut ipsum Posidonium Timaeo usum esse. Ex duabus his coniecturis haec mihi magis placet, propterea quod Grattii Solinique narrationes non ita Timaei descriptionis similes sunt, ut Timaeus fons nominari possit; accedit quod Grattii Solinique descriptiones colorem habent Stoicum, cf. vs. 449, 451—460; postremum imago *fluminis flammae*, qua utitur poeta Latinus (vs. 445), Posidonio in deliciis fuisse videtur, cf. *Sudhausium* in suo ad Aetnam commentario (p. 429); ubi complura enumerantur exempla: Aetna 680 *evecta in longum, lapidis fervoribus, u n d a*, Ps. Arist. περὶ κόσμου (400 a 31: χειμάρρου δίκην), Apul. de mundo (34: *flammarum flumina),* Conon (narrat. 43 ποταμοῦ δίκην). Quae si vere disputata sunt, Posidonius putandus est Timaei expositionem suis ipsius verbis narravisse et auxisse. Neque hoc volo utique necesse esse, ut Varro eo potissimum loco, ex quo Vitruvius VIII. 3 sua fontium petierit exempla, tam fuse de lacu Agrigentino egerit, sed hoc certe patet quae de hoc fonte narrarentur ei non fuisse ignota. Scio nos in talibus rebus tot auctoribus amissis non pro certo scire, sed coniecturam tantum facere posse; haec tamen coniectura mihi quidem a permultis partibus defendi videtur.

„Anche al presente", inquit v. d. *P. Donà* (Il Cinegetico di Grazio Falisco, Padova, 1873, p 67), come dice L. Bombici (Cors. di Mineral. p. 801) a *Santo Stefano di Bivona,* provincia di Girgenti, havvi una fonte di petrolio. Bisogna dunque concludere

o che il poeta per ignoranza dei luoghi abbia unito la grotta dell' Etna col lago di petrolio della provincia di Girgenti, il che però ripugna al suo ingegno svegliato ed istruito, o che per isconvolgimenti plutonici, ai quali andò soggetta tante volte la Sicilia, sia scomparsa la grotte esistente al tempo del poeta. Potrebbero forse le sue parole alludere alla grotta di Sciacca, famosissima nei fasti medici; ma se essa trovasi nella prov. di Girgenti, vi manca però il petrolio."

430. **est in Trinacria specus ingens rupe, cavique / introsum reditus:** confer Verg. Georg. IV. 418—422 *est specus ingens / exesi latere in montis, quo plurima vento / cogitur, inque sinus scindit sese unda reductos;* N 32 ἔστι δέ τι σπέος εὐρύ. Vides Grattium hic quoque, verbis *est specus ingens* exceptis, alia dare atque Vergilium.

in Trinacria.... rupe: cf. Catull. 68. 53 *cum tantum arderem quantum Trinacria rupes,* ubi, ut nostro loco, *rupes* = *mons.* Inde ab Homero scriptores locum, ubi geruntur, quae narraturi sunt, tali modo describere incipiunt: „est in Trinacria specus ingens rupe", cf. Odyss. IV. 844 ἔστι δέ τις νῆσος μέσσῃ ἁλὶ πετρήεσσα, XIII. 96. XIX. 172; Ov. Met. I 168 *est via sublimis*; I. 567 *est nemus Haemoniae;* II. 195; Fast. II. 491; IV. 337; ex Ponto III. 2. 45.

431. **reditus:** flexus redeuntes, „des courbures, qui reviennent sur elles-mêmes"; supervacua est Heinsii coniectura *introversum aditus;* cf. quae Pomponius Mela nobis de labyrintho narrat (I. 9) *unum in se descensum habet, intus paene innumerabiles vias, multis ambagibus huc et illuc remeantibus, et saepe revocatis porticibus ancipites, quibus subinde alium super alios orbem agentibus et subinde tantum redeunte flexu, quantum processerat, magno et explicabili tamen errore perplexus est.*

circum atrae moenia silvae / alta premunt: *atrae silvae* genitivus; versus felicissime animum legentis horrore divino imbuit; antrum cingitur altissimis arboribus totum locum obscurantibus.

432. **ruptique ambustis faucibus amnes:** cf. Verg. Georg. III. 428 *amnes ullis rumpuntur fontibus.*

433. **Volcano condicta domus:** cf. Prop. IV. 4. 5 *Silvani ramosa domus,* Verg. Aen. I. 168 *nympharum domus; condicta* = communi consensu dedicata.

eunti: ei qui illis locis ambulat, cf. Herod. II. 11 *ἀπὸ Ἐλεφαντίνης πόλιος ἄνω ἰ ο ν τ ι ἀνατές ἐστι χωρίον.*

434. **sedent:** = immota iacent, cf. Stat. Silv. II. 2. 28 *nulloque tumultu / stagna modesta i a c e n t dominique imitantia mores.*
venis oleoque: *ἓν διὰ δυοῖν* = venis oleo vivo plenis; *oleum vivum* = bitumen.

435. **defecta mala.... pecuaria tabe:** cf. Columell. V. 6. 37 *arborem senio d e f e c t a m*, Germ. Arat. 65 *defecta labore.*
vidi: fortasse fuit Grattius in Sicilia, sed cf. etiam Proleg. p. 2.

436. **victosque malo graviore:** *victi* sunt, quia eorum ars gregem non poterat sanare, cf. Ov. Met. VII. 528 *exitium superabat opem quae victa iacebat.*

magistros: cf. quae ad vs. 328 adnotavi.

437. **te primum, Volcane, loci pacemque precamur / incola sancte, tuam:** haec neque Sternius recte interpretatus est, neque Curcio. Ille enim collatis iis locis, ubi vocabulum *loci* adverbiis adicitur, ut *inde loci* (Lucret. V. 439), *ibidem loci* (Plaut. Cist. I. 56), hic quoque *primum loci* iungit, „primo loco, ante omnia te precamur, Vulcane" explicans. Sed *loci* non nisi cum certis vocabulis iungitur ut *postea loci, interea loci; primum loci* tamen nusquam legimus; accedit quod *incola sancte* nude positum minus placet.
Etiam vir doctus Curcio, qui vocem *loci* cum vocabulo *primum* iungit, *principem* interpretatur („capo del luogo").
Iam Vlitius nostras, cui iure adstipulatur Vollmer, ordinem verborum hunc esse intellexit: *te primum,*[1]) *Vulcane, incola loci, pacemque tuam precamur,* quamquam nunc vocabulorum ordinem contortum esse equidem non nego.
437. **loci... / incola:** cf. Catull. 64. 228 *sancti.... incola Itoni* (Athena); Vulcanus hic est *ἐπιχώριος θεός.*
pacemque... / ...tuam: ut nobis propitius sis, precamur; tuam veniam petimus; cf. Lucret. V. 1229 *non d i v o m p a c e m votis adit* (= deos adit, ut pacem dent); Verg. Aen. III. 261

---

[1]) Sic Baehrensii coniectura *genium* facile carere possumus.

sed votis precibusque iubent exposcere p a c e m; III. 369 *caesis de more iuvencis / exorat* p a c e m D i v o m; IV. 56 p a c e m q u e *per aras / exquirunt;* Georg. IV. 534 *tu munera supplex / tende petens* p a c e m; Liv. XLII. 2. 3.

438. **fessis... rebus:** cf. Verg. Aen. III. 144. 145 *hortatu pater ire mari veniamque precari, / quam fessis finem rebus ferat;* XI 335 *rebus succurrite fessis*, Tac. Ann. XV. 50 *deligendum esse, qui fessis rebus succurreret,* Plin. N. H. II. 18 *Vespasianus Augustus fessis rebus subveniens.*

ultima... / auxilia: post quae alia remedia tentare inutile est.

439. **et meriti si nulla est noxia tanti:** si canes tanti peccati, ut pereant, noxii non sunt; *meritum* = peccatum, cf. Liv. XXV. 6 *quod ob meritum nostrum succensetis?*

441. **ter:** hic numerus, qui magicam habet vim, sollemnis est in sacrificiis precibus carminibus, cf. Theocr. 2. 43 *ἐς τρὶς ἀποσπένδω καὶ τρὶς τάδε, πότνια, φωνῶ,* Tibull. I. 2. 54 *t e r cane, t e r dictis despue carminibus*, I. 5. 14 *somnia t e r sancta deveneranda mola;* Verg. Buc. 8. 74 *t e r n a tibi haec primum triplici diversa colore / licia circumdo,* Aen. IV, 511 *t e r centum tonat ore deos.*

pinguia... / tura: *pinguia* epitheton ornans est, cf. Ov. Ex Ponto II. 3. 99. *haec ego, cum faceres altaria pinguia ture, / te solitum memini prima rogare Deos.*

442. **struitur... ara:** „*struere*" (cf. struēs, struix = acervus rerum alia super aliam cumulatarum) Germ. „übereinander schichten", „aufbauen"; „to pile up", cf. Verg. Aen. V. 54 *strueremque suis altaria donis.*

ramis felicibus: cf. Fest. 92 *felices arbores Cato dixit quae fructum ferunt, infelices quae non ferunt,* Liv. V. 24. 2 *nulla felix arbor, nihil frugiferum in agro relictum*; Dirae 10 *nec fecunda, satis nostris felicia rura, semina parturiant segetes*; memor est Grattius Verg. Georg. II. 81 *exiit ad caelum* r a m i s f e l i c i b u s *arbos.*

443. **hic:** post *hic* Vollmer recte parentheton indicavit. Grattius imitatus est Vergil. Georg. IV. 554 *hic vero subitum ac dictu mirabile monstrum.*

ignobile: ignotum.

pectore montis: *pectus* hoc loco de *monte* adhibetur, ut aliis locis de montis *capite, vertice, barba, lateribus* legimus, cf. Sil. Ital. I. 202 sqq.

445. **ovans:** *ovandi* verbum de gravi et terribili motu adhibetur, cf. Valer. Flacc. Argon. II. 506 *non Africus alto / tantus ovat.*
flumine flammae: cf. *ῥύαξ πυρός; fluere* saepius de igne et flamma dicitur. Claudian. de Raptu Pr. II. 316 *tortoque fluunt incendia vultu;* Sil. Italic. XVII. 101 *fluit undique victor / Mulciber;* cf. Edwin Müller, Philolog. LXII, p. 70, qui multos locos *παραλλήλους* collegit, ut Aeschyl. Prometh. 367 *Ἥφαιστος, ἔνθεν ἐκραγήσονταί ποτε / ποταμοὶ πυρὸς δάπτοντες ἀγρίαις γνάθοις / τῆς πολυκάρπου Σικελίας λευροὺς γύας.*

446. **ipse:** Vulcanus.
manu... pallente: pavida manu.

447. **termiteum:** cf. vs. 20. 132. 138: *termes* nomen proprium fruticis esse videtur, ut recte statuit Vollmer.
procul hinc extorribus ire / edico: *edico,* ut *extorres eant,* cf. Sueton. Aug. 12 *Nursinos* (Nursiae cives)... *extorres egit oppido. Extorris* = e *terra* expulsus (cf. *Walde* sub voce, *Vaniček* 108.); *edico extorribus ire* = edico iis, ut hunc locum relinquant. Non recte locum interpretatur v. d. Curcio: *extorris* „bandito", „esule", qui „profano".
Conferantur Callim. hymn. in Apoll. 2 *ἑκάς, ἑκάς, ὅστις ἀλιτρός;* Vergil. Aen. VI. 258 *„procul o, procul este profani" / conclamat vates, „totoque absistite luco";* Stat. Silv. III. 3. 13 *procul hinc, procul ite nocentes /, si cui corde nefas tacitum fessique senectus / longa patris, si quis pulsatae conscius unquam / matris et inferna rigidum timet Aeacon urna;* Sil. Ital. Punic. XVII. 28 *et procul hinc moneo, procul hinc quaecumque profanae / ferte gradus, nec vos casto miscete labori.*

449. **quis scelus aut manibus sumptum:** legimus apud Aelianum (de Natura anim. XI. 3) aedem Vulcani a canibus custodiri eosque rite adeuntibus blandiri, sceleratos mordere, impuros depellere: *ἐὰν δέ τις ᾖ χεῖρας ἐναγής* (si cui scelus manibus sumptum), *τοῦτον μὲν καὶ δάκνουσι καὶ ἀμύσσουσι.*

450. **cecidere animi:** cf. Ov. Met. VII. 347 *cecidere animique manusque.*

452. **quis pretio fratrum, meliorisque ausus amici / sollicitare caput:** cf. Verg. Aen. VI. 608 *hic quibus invisi fratres, dum vita manebat.*

quis: vulgo cum Aldina *quis* hoc loco mutatur in *qui*, sed Vollmerus *quis* defendit collatis his locis:

Vergil. Catalepton 4. 12 *quocumque ire ferunt variae nos tempora vitae, / tangere quas terras quosque videre homines / dispeream si te fuerit mihi carior alter;* Ciris 89. *quidquid et ut* (= utut) *quisque est tali de clade locutus;* Dracont. de laudibus dei III. 90 *demere dum liceat quidquid dedit et cui confert.*

melioris... amici: boni, atque fidi.

453. **sollicitare caput:** vitae insidiari.

patriosque... divos: familiae praesides, cf. Catull. 64. 403 *divos... parentes.*

lacessere: si quis res sacras obliviscitur aut scelera committit, deos laedit.

454. **illum agat — culpae:** verborum ordo hic est: „<si> audacia, comes infandae culpae, huc illum agat, discet..." cf. infra 509 *veniat Caudini saxa Taburni.*

455. **commissa... in ira:** quae flagitiis commissis provocata est; cf. 374 *iram Furiis commissam,* quae verba tamen aliter interpretanda sunt, rectissime enim docet Sternius haud semel observare licere apud Grattium eorundem verborum structuram similem, sed diversam significationem.

deus... / pone sequens: poenam pedisequam dicit poeta; cf. Hesiod. Opera 249 *ἐγγὺς γὰρ ἐν ἀνθρώποισιν ἐόντες / ἀθάνατοι, λεύσσουσιν ὅσοι σκολιῇσι δίκῃσιν / ἀλλήλους τρίβουσι θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες.*

456—458. Si quis tamen probus aram adit, lenis flamma oritur quae sacrificio incenso sponte in antrum redit.

456. **cui bona pectore mens est... deus illam aram / lambit:** constructio ad sententiam, cf. Thucyd. VI. 6 *οὐκ ἄχρηστος ἧδε ἡ ἄνοια, ὅς.*

458. **lambit:** cf. Verg. Aen. II. 683 *tactuque innoxia mollis / lambere flamma comas.*

honores: quidquid in ara Diis adoletur, *honor* est, cf. Verg. Aen. I. 49. III. 118. 547. [Tib.] IV. 1. 193. Prop. IV. 6, 5.

460. **tangere:** adipisci.

462. **his... praesidiis:** hoc oleo vivo, cf. vs. 434 *stagna sedent venis oleoque madentia vivo.*

463. **deus auctor eqs:** Vulcanus ipse hoc munus dat ipsaque loci natura hanc *nativam* (suam) medendi artem creat et alit.

De robore.

464. Transit poeta nunc ad alium morbum, cui nomen est „robur".

robore: Batave: „verstijvende kramp", Germanice „Starrkrampf", cf. Mulomedic. Chironis 315 *de rovoroso. quodcunque iumentum rovorosum fuerit quem quidam tetanicum dicunt. hic autem ab aliis opistotonus appellatur. cuius ego signa et curationem demonstro et unde haec valitudo accedat et ex quibus passionibus plurima vocabula acceperunt. sunt autem roborosi signa haec. erit autem sic constrictus toto corpore, naribus extensis et auriculis immobilibus et rigidis, qui nec os aperire potest, cervice recta, capite extenso, dextra sinistra in cervice ab humeris tensus, conligatus ab armis cruribusque et omnibus pedibus constrictus. nullam commissuram* (= iuncturam) *pedum flectere potest nec cervicem recurvare. cui peı terigia* [1]) *in oculis anguli invertuntur. cui caput erigere si volueris, praecluduntur terrigiis oculi. cui tergus durum et constrictum a nervis erit, ex qua causa caudam erigit nec eam movere nec flectere potest. varus a posterioribus conatur ambulare. cuius commissurae in ambulandum a nervis crepitant ex tensione nervorum totius corporis unde et ilia dura et tensa a renibus habebit. ex quo*

---

[1]) πτερύγιον, morbus oculi.

se nec proicere ad terram poterit nec cervicem inclinare nec nulla commissura pedum flectere. hic erit ligno similis, unde roborosus dictus est. eqs.

Confer etiam Pelagonium: (ed. Ihm 294.) *robur si in posteriore parte erit, signa haec erunt: crura inter se complicabit, erunt umeri et cervix usque caput rigida, erunt oculi lacrimantes, sed et caudam rigidam habebit.*

465. **illi:** sc. morbo.
hinc: a deo eiusque donis.

466. **valida vementius ira:** vi morbi illius potentius.

467. **quod primam si fallet opem dimissa facultas:** si tamen prima medendi opportunitas neglecta est ita ut primum auxilium, quod deus dare potuerat, irritum sit factum.

468. **praecipitem.... labem:** morbum celeriter gravescentem, „robur".
qua spes est proxima: *primam enim opem ferendi facultatem* neglexisti.

469. **adgredere:** vocabulum ad artem medendi pertinens.
tumultu: quidquid subito praeter exspectationem accidit.
et: etiam.

470. **stringendae nares:** leviter vulnerandae, cf. vs. 364.
et bina ligamina ferro / armorum: in A legitur & *na;* quomodo hoc emendandum sit quaeritur; primum tamen videamus quid vocabulum *ligamina* hic sibi velit; Barthius Wernsdorfius Vollmerus (in suae editionis apparatu critico) *musculos armorum* intelligunt, quibus velut ligaturis membra connectuntur, sed v. d. Curcio bene intellexit aliud quid exspectari: da *ligamina* crediamo non si possa trarre altro significato, comunemente, che quelle di „muscoli", mentre qui dovrebbe trattarsi piuttosto di „vene". Vollmerus (Musée Belge 1898, p. 236) antea coniecerat *et ⟨ter⟩na ligamina ferto armorum*: medicus pedes canum terno ligamine vinciat, ne in opere turbetur vel motu vel morsu morbosi; sed iure postea has correctiones sprevit, ut nunc ostendere conabor. Credo enim mea loci explicatione difficultates plane tolli.

Quid *ligamina* sint, docet locus Chironis, quem supra exscripsi;

„nullam" — ibi legimus — *„commissuram pedum flectere potest"*, *commissurae* autem *iuncturae* sunt, cf. Ciceron. Nat. deor. II. 55 *ossa mirabilis commissuras habent.* Ex eadem mulomedicina discimus animal *roborosum* esse *conligatum ab armis cruribusque et omnibus pedibus constrictum* et etiam Pelagonius narrat: *erunt umeri et cervix usque caput rigida.* Suadet igitur Grattius ut ex *armorum iuncturis* i.e. ex umeri commissura cum bracchio sanguis petatur, ut armi rursus moveri possint. Eodem enim modo vult e *naribus auribusque* sanguinem demi, nam animal roborosum, ut Chironis utar verbis, *naribus extensis et auriculis immobilibus et rigidis* est.

Hac interpretatione probata Hauptii coniectura maxime laudanda; duo enim tantum umerorum ligamina habet canis.

Quodsi *armus* partem pedis superiorem accipere mavis, *ligamina* ἀγκῶνες sunt vel locus, ubi ambae pedis partis cohaerent; ad hanc interpretationem defendendam adferre potes Hippiatr. 38. 4 *πάντας τοὺς ἀπὸ πλησμονῆς καὶ ὠμότητος πάσχοντας ἄριστον φλεβοτομεῖν ἐκ τῶν ἀγκώνων καὶ βραχιόνων;* tunc cum Vollmero requiras vocabulum, quale *rigida*; possis scribere *et dura ligamina,* sed prior interpretatio, quam dedi, potior videtur, cum apud Chironem *armi, crura, pedes* singillatim enumerentur, ex qua re veri simillimum est Grattium quoque voce *armi* non in universum usum esse.

471. **geminaque cruor ducendus ab aure:** cf. Cynosophion 6 (Aelian. ed. Hercher II. 589): *κύνα πυρέσσοντα οὕτως γνώσῃ. τὰ ὦτα κλίνει, στυγνάζει τὸ πρόσωπον, οὐ καθεύδει. ἀφαίρει οὖν αἷμα τῶν ὤτων;* Mulomed. Chironis (ed. Oder, 16, p. 9) *cephalargicis et tentinaris praecipitur ut de auricularum venis sanguis detrahitur.* Etiam Varro de agricult. II. 1. 23 *si hoc genus rebus non proficitur, demitur sanguis, maxime e capite.*

472. **hinc:** ex sanguine corrupto.

474. **subsiduasque fraces defusaque Massica prisco / sparge cado:** *fraces* sunt carnes residuae olearum trapeto commolitarum et prelo expressarum, cf. Gell. Noct. Att. XI. 7 *floces audierat prisca voce significare vini faecem e vinaceis expressam, sicuti fraces ex oleis;* Osthoff vocabulum *fraces* deducit e radice * *mrac* —, cf. *marceo* (Morpholog. Unters. auf dem Gebiete der Indogermanischen Sprachen von Osthoff und Brugmann V. 103. sq.).

subsiduae olearum reliquiae dicuntur, quia *subsidunt* et ad imum

feruntur. De medicamento conferatur *Vegetius*, Mulomedic. II. 88, 11 (de roborosis): *praesens tamen experimentum atque remedium est, si picem liquidam cum oleo et vino veteri decoquas calentique medicamine iumentum perungas.* Fortasse tamen de potione cogitandum, cf. *Pelagonium* (Ihm, 295) *potionem dato per os cum oleo et vino,* et *Veget.* l. l. II. 88. 13.

475. **tenues... curas:** *tenuis*, Sternio si credimus, *vanus* significat; melius v. d. Curcio vocem *tenues* hic vocabulo *furenti* versu sequenti opponi putat; „Liber", inquit Grattius, „et leviores et graviores morbos sanat".

De tussi, veterno, podagra.

477. **tussis:** *κυνάγχη*, cf. Verg. Georg. III. 496: *et quatit aegros / tussis anhela sues et faucibus angit obesis;* Aristot. animal. histor. VIII. 22 *ἀναιρεῖ δὲ καὶ ἡ κυνάγχη τὰς κύνας· ὀλίγαι δὲ καὶ ἐκ τῆς ποδάγρας περισώζονται.*

veterni: somnolentia, quae pecora ignava reddit.

478. **incurvatae... podagrae:** quae curva reddit pecora, cf. Columell. VII. 5; Mulomed. Chironis (Oder) 385, p. 117.

De Dianae sacrificio.

479. **mille tenent pestes:** cf. Verg. Georg. III. 470 *non tam creber agens hiemem ruit aequore turbo / quam multae pecudum pestes.* Idem legimus apud Brockhausium: „Wenige Tiere sind so zahlreichen Krankheiten wie die Hunde unterworfen."

curaque potentia maior: *potentia* sc. *pestium.*

480—496. Ante omnia tamen dei colendi sunt.

480. **mitte age... / mitte, anime:** *mitte* sc. *curas*, humana enim ars omnes morbos sanare non potest, a diis auxilium petendum est.

482. **supplicibusque... sacris:** supplicia vocantur haec sacra, quibus pax deorum petitur.

483. **aeriis... lucis:** in silvis quae ex altissimis arboribus constant.

molimur compita: compitum est locus „ubi viae competunt", ut ait *Varro* l. L. VI. 25. Ipsae quoque arae, vel potius *sacella*

compita dicta sunt, cf. Persium, Sat. 4. 28 *qui, quandoque iugum pertusa ad compita figit*, ad quem locum scholiasta adnotat „compita sunt loca in quadriviis quasi turres, ubi „sacrificia finita agricultura rustici celebrabant," cf. inscript. apud Grut. 107. 1 *compitum refecerunt, tectum, parietes allevarunt*; Mommsen I. N. 1504 *compitum a solo pecunia sua fecerunt.*

484. **sacrum ad nemorale Dianae:** haec sacra commemorat Statius, Silv. III. 1. 55 sq. *iamque dies aderat, profugis cum regibus aptum / fumat Aricinum Triviae nemus et face multa / conscius Hippolyti splendet lacus; ipsa coronat / emeritos Diana canes et spicula terget / et tutas sinit ire feras omnisque pudicis / Itala terra focis Hecateidas excolit Idus.* Prope Ariciam enim erat locus sacer, cf. C. I. L. XIV. p. 204, quem Servius ad Aen. VII. 516 *speculum Dianae* vocatum esse narrat. Templum ibi exstructum ab Ovidio, Fast. III. 261, *nemus* vocatur: *nympha, mone, Nemori stagnoque operata Dianae*, cf. Strabon. V. 12 (239) *τὸ δ' Ἀρτεμίσιον ὃ καλοῦσι νέμος ἐκ τοῦ ἐν ἀριστερᾷ μέρους τῆς ὁδοῦ τοῖς ἐξ Ἀρικίας ἀναβαίνουσιν*, Plin. N. H. XXXV, 52 *in nemore Dianae posuit*, Sil. Ital. VIII. 364 *quique inmite nemus Triviae.* Sacerdotes erant servi profugi, qui *reges* appellabantur, ut et ex Statii versu III. 1. 55 supra exscripto et ex Sueton. Calig. 25 *Nemorensi regi, quod multos iam annos poteretur sacerdotio, validiorem adversarium subornavit* (sc. Caligula) discimus.

Festum celebrabatur Idibus Augusti, quam ob rem Statius eas *Hecateidas Idus* nominat. Eo die sacerdotes cum facibus ardentibus ad lucum et lacum Nemorensem ibant, ubi Dianam Hippolytum suum recondidisse narrat Vergilius, Aen. VII. 774—782 *at Trivia Hippolytum secretis alma recondit / sedibus et nymphae Egeriae nemorique relegat / solus ubi in silvis Italis ignobilis aevom / exigeret versoque ubi nomine Virbius esset; / unde etiam templo Triviae lucisque sacratis / cornipedes arcentur equi, quod litore currum / et iuvenem monstris pavidi effudere marinis.*

cf. Ovid. Fast. III. 263 sqq. *vallis Aricinae silva praecinctus opaca / est lacus, antiqua religione sacer. / hic latet Hippolytus furiis direptus equorum / unde nemus nullis illud aditur equis. / licia dependent, longas velantia saepes, / et posita est meritae multa tabella deae / saepe potens voti frontem redimita coronis / femina lucentes portat ab Urbe faces.*

nemorale Dianae: idem versus finis apud Ovid. Metamorph. XIV. 331. *Scythicae stagnum nemorale Dianae.*

spicatasque faces: ut et ex Statii loco laudato et Fastorum versibus supra exscriptis apparet, ad ritus sacri Aricini pertinent *faces* in lucum deae delatae non solum a sacerdotibus, sed etiam a populo. *Spicatae* vocantur, quia in *spicae* formam incisae sunt.

485. **solito catuli velantur honore:** cf. l. l. Statii *ipsa coronat / emeritos Diana canes;* Arrian. Cyneg. 34 *Κελτῶν δὲ ἔστιν οἷς νόμος καὶ ἐνιαύσια θύειν τῇ Ἀρτέμιδι, οἳ δὲ καὶ θησαυρὸν ἀποδεικνύουσιν τῇ θεῷ .... θύσαντες δὲ καὶ τῶν ἱερείων ἀπαρξάμενοι τῇ Ἀγροτέρᾳ, ὡς ἑκάστοις νόμος, εὐωχοῦνται, αὐτοί τε καὶ αἱ κύνες. τὰς κύνας δὲ καὶ στεφανοῦσιν ἐν τῇδε τῇ ἡμέρᾳ.*

486. **ipsaque per flores medio in discrimine luci / stravere arma:** in medio „nemore" venatores ipsa arma venatoria humi ponunt inter flores quos sparserunt.

487. **arma sacris et pace vacantia festa:** arma quae propter sacrum diemque festum non iam in usu sunt.

488. **viridi... feretro:** ex ramis viridibus facto.
fumantia: recens cocta.
liba: cf. Caton. Agric. 75.

489. **praeveniunt:** praeferuntur.

492. **anno:** = anni proventus, fructus, cf. Tacit. Germ. 14. *arare terram aut exspectare annum;* Claud. Rapt. Proserp. II. 75 *adsiduis inroras flatibus annum.*
honorem: sacrificium, cf. vs. 458.

493. **ergo inpetrato respondet multa favore / ad partis qua poscis opem:** dea (haec vox e praecedenti versu supplenda est) honorem nancta multa respondet i. e. multa se daturam promittit iis rebus quibus auxilium rogas.

multa: diversae virorum doctorum opiniones de hoc vocabulo! Iohnsonius et Curcio *multa* feminino genere dictum putant *benigna* interpretantes, quod nulla re defendi possit; Vollmerus *multa* hic accipit pro *mulcta* = lenita (cf. *permulti* Gell. I. 11. 2, *demultus* III. 13. 5); multo tamen simplicius meaque opinione vere *multa* hic pro neutro plurali habeas, ut supra feci. Neque igitur probo

coniecturam Vlitii *respondent* pro *respondet* quam non solum non necessariam, sed etiam falsam duco, nam „respondere ad rem rogatam" non recte dicitur neque comparandus Vergilii versus *illa seges votis respondet avari / agricolae.* Supervacua igitur Heinsii quoque coniectura *culta.*

494. **vincere silvas:** = vincere feras, cf. nostram ad vs. 3 adnotationem.

495. **fatorum labes minasque:** morbos (cf. supra 366) mortemque quae iis semper impendit: *stat* enim *Fatum supra,* cf. vs. 347.
exire: evadere, cf. nos ad vs. 197.

496. **virgo:** Diana; cf. Arrian. Cyneg. 35. *τοὺς ἐπὶ θήρᾳ ἐσπουδακότας οὐ χρὴ ἀμελεῖν τῆς Ἀρτέμιδος τῆς Ἀγροτέρας οὐδὲ Ἀπόλλωνος οὐδὲ Πανὸς, οὐδὲ Νυμφῶν οὐδὲ Ἑρμοῦ Ἐνοδίου καὶ Ἡγεμονίου οὐδὲ ὅσοι ἄλλοι ὄρειοι θεοί.*

De equis.

497. Vocabulum *restat* docet hanc ultimam partem libri primi esse, cuius tamen finis deest.
finire notis: = definire notis, cf. vs. 289 *percensere notis.*
finire pro *definire:* cf. Quintil. Instit. II. C. 1. (Burman).
notae: signa quibus equi inter se distinguuntur, cf. Ov. Metam. I. 761. *ede notam tanti generis.*
quos arma Dianae / admittant: qui ad venandum idonei sint.

498. **audet in artis:** satis audax est ad operam venatoriam exsequendam; *audere in:* cf. Verg. Aen. II. 347 *quos ubi confertos audere in proelia vidi;* Stat. Theb. I. 439 *neque enim meus audeat istas / civis in usque manus; audere in* recte vertit Conington ad Verg. II. 347 „to have courage sufficient for". *audere* saepe absolute adhibetur, cf. Tacit. Hist. I, 35 *ignavissimus quisque et... in periculo non ausurus,* ubi *audere* = „to have courage", „Mut haben", Hist. I. 22 *si auderet.*

499. **ex animo:** sc. *imbelli,* quod ex sequentibus supplendum; tales equi ab Oppiano *ἀνάλκιδες ἦτορ* nominantur (Cyneg. I. 285).
inbellia ... / corpora: propter infirmitatem vel exiguitatem, cf. Opp. I. 285 *ὀλίγοι βαιοί τε μένος.*

500. **praeveniens:** nimis fervida.

quondam: cf. vs. 194 *quondam inconsultis mater dabit Umbrica Gallis / sensum agilem.* Nostro loco poeta de *tertio aliquo genere* cogitat.

1. 2 *Equi Thessali et Argivi.*

501—506. Equi *Thessalus* et *Argivus*, quamvis sint fortes et acres, non tamen venationi apti sunt.

501. **consule:** cogita.

Penei qualis perfunditur amne / Thessalus: qualis sit Thessalus equus, qui lavatur amne Penei.

perfunditur: Verg. Georg. II. 146. 147 *hinc albi, Clitumne, greges, et maxuma taurus / victima, saepe tuo perfusi flumine sacro,* Aen. XI. 495 *aut adsuetus aquae perfundi flumine noto.*

502. **Thessalus:** cf. Keller, die antike Tierwelt, I, p. 228; „in Hellas und Italien schätzte man die thessalischen Pferde sehr hoch. Als Hauptstolz des Landes erblicken wir das schöne feurige Thessalerpferd auf den Münzen.

Zur Jagd, zu Wettrennen und zum Krieg *war es gleich gut* zu brauchen." Thessalos equos etiam venationi aptissimos esse minus recte dicit Kellerus, nam Grattius dissentit; Oppianus, qui libro I. 170—172, 271 plurimos enumerat equos, de Thessalo equo tacet; Arrianus quoque alios equos ad diu currendum magis idoneos habet cf. Cyneg. 23. 2. 3 *ἀφ' ἵππων τῶν Σκυθικῶν καὶ Ἰλλυρικῶν διώκουσιν· οὗτοι γὰρ ἐλαύνεσθαι μὲν τὰ πρῶτα οὐκ ἀγαθοί, ἀλλὰ κἂν πάνυ καταφρονήσειας ἰδὼν παραβάλλοντας ἵππῳ Θεσσαλῷ ἢ Σικελῷ ἢ Πελοποννησίῳ· διαπονούμενοι δὲ ἐπίπαν ἀντέχουσιν. καὶ τότε ἂν ἴδοις τὸν μὲν ὠκὺν ἐκεῖνον ἵππον καὶ μέγαν καὶ σοβαρὸν ἀπαγορεύοντα, τὸν δὲ λεπτὸν καὶ ψωραλέον πρῶτα μὲν παραμείβοντα, ἔπειτα ἀπολείποντα, ἔπειτα ἐλαύνοντα τὸ θηρίον.*

conspexere: admirati sunt, cf. Liv. VI. 4. 12 *opus vel in hac magnificentia urbis conspiciendum.*

Mycenae: Horat. Carm. I. 7. 9 *aptum dicit equis Argos ditisque Mycenas,* Verg. Georg. III. 121, ubi *fortis Mycenas* equorum patriam vocat poeta. Iam apud Homerum legimus: *Ἄργεος ἱπποβότοιο* (Il. I. 287) i. e. Argolis cum Mycenis. Sed, ut ex loco laudato Arriani apparet, *Πελοποννήσιος ἵππος* i. e. *Mycenaeus* celerius fatigatur quam *ὁ Σκυθικός.*

503. **glaucum:** cf. Verg. Georg. III. 81 *honesti / spadices glaucique.* Gellio II, 26. 18 *glaucus* idem est atque *viridis;* hic tamen = „gris-bleu", „blaugrau".

ardua fundet in auras / crura: crura inter eundum attollet. cf. Verg. Georg. III. 75 *continuo pecoris generosi pullus in arvis / altius ingreditur,* Xenoph. de re equestri 10. 14 τὰ σκέλη ὑγρὰ μετεωρίζει.

504. **Eleas... harenas:** ludos Olympiacos; novimus Sophoclem in Electra Orestem ludis Delphicis Θεσσαλὰς ἔχοντα ἵππους certantem induxisse (vs. 703).

505. **hoc opus:** venationem.

iactantior illi / virtus: recte versio Franco-Gallica in editione Nisardii: „ils ont trop de fougue pour les combats que Mars livre dans nos forêts".

3. 4 *Equi Syenitae et Parthi.*

507—513. Equi Syenitae et Parthi honesti quidem sunt, neque tamen apti ad venandum in locis saxosis.

507. **nec saevos miratur equos terrena Syene:** et Syene miratur equos suos non acres; *nec saevos* et non saevos, cf. Propert. II. 3. 5/6 *quaerebam, sicca si posset piscis harena / n e c s o l i t u s ponto vivere torvus aper,* ubi *nec solitus* = et insolitus: II. 28c, 52 *vobiscum Europe n e c p r o b a Pasiphae;* IV. 7. 65 *haec sua maternis queritur livere catenis / bracchia, n e c m e r i t a s frigida saxa manus;* Stat. Silv. I. 1. 20 *n e c t a r d o prope raptus flumine cursu,* ubi *nec tardo* = et celeri.

saevos: de *equo* dictum *acer, fortis.*

terrena: *sine montibus,* cf. Liv. XXXIII. 17 (de Leucadia) *et campus terrenus omnis operique facilis.*

Syene: *Συήνη;* cum nusquam legamus equos *Syenitas* prae ceteris fuisse nobiles, Burmannus *Sidene* coniecit; *Sidene* enim urbs est proxima Themiscyrae in campis Amazonum (cf. Strabon. XII. p. 548.), quarum equi celeberrimi sunt.

508. **scilicet:** vocabulum cum *terrena* recte iungit Vollmer, sententia enim haec, est: „et Syene equos suos parum strenuos admiratur, quippe quae careat saxis".

Parthis: cf. Keller, die antike Tierwelt I, p. 227 „die parthischen Pferde waren langhaarig, rasch, mutig und sehr gelehrig. So unansehnlich sie waren, an Schnelligkeit und Ausdauer übertrafen die skythischen Rosse die besten Griechenpferde. Kaiser Probus erbeutete eines, das 8—10 Tage hintereinander je 100 Meilen zurücklegen konnte"; vide quae ex Arriani Cynegetico 23. 2. 3 citavi ad vs. 502.

509. **veniat:** = si veniat; *numerus* mutatur, cf. supra vs. 378.
veniat saxa: = veniat ad saxa, cf. Grattius 174 *quid freta si Morinum dubio refluentia ponto / veneris.*
Taburni: *Taburnus,* Samnii mons, qui nunc *Taburo* vocatur, cf. Verg. Georg. II. 38 *iuvat Ismara Baccho / conserere atque olea magnum vestire Taburnum* ubi Servius adnotat „per hos montes significat etiam montuosa et *aspera* loca tentanda esse". Commemoratur mons *Taburnus* etiam Aen. XII. 715.

510. **Garganumve:** Garganus, Apuliae mons asper, qui hodie appellatur *monte di S. Angelo,* cf. Horat. carm. II. 9. 7 *aquilonibus / querqueta Gargani laborant.*

511. **ante opus:** ante opus venandi perfectum.
excussis: sc. inter silices. Operae pretium est *Vegetium* citare (Mulomed. I. 56. 38), qui narrat, quomodo equi Parthi per loca aspera et saxosa agitati crura altius tollere et molliter vehi discant: *in quo spatio* (silicibus aspero) *cum equus frequentissime exerceri coeperit, in illos aulaces necessario et priores ungulas et posteriores impingit, et aliquando vel cadit vel sic offendit, ut cadere videatur.*
Hic locus cum Grattio comparatus docet naturam equis Parthis ungulas parum solidas dedisse.

513. **deus:** τὸ Θεῖον.

5. *Equi Callaeci.*

514. *Callaeci* contra equi etiam in locis confragosis adhiberi possunt.
Callaecis: Καλλαικοὶ (Strabo 152.) Callaeci, populus Hispaniae Tarraconensis inter Durium et Minium flumina prope

Oceanum, ubi nunc Gallicia est et superior Portugaliae pars. Etiam Silius Italicus hos equos laudat, cf. Punic. XVI 333 *evolat ante omnes rapidoque per aera cursu / C a l l a i c u s Lampon fugit, atque ingentia tranat / exsultans spatia et ventos post terga reliquit.* Fortasse apud nostrum quoque *Callaïcis* scribendum, vid. excursum.

Pyrene: *Πυρήνη*, montes Pyrenaei, cf. Strabon. 127.

515. Equi *Hispani* tamen non utiles sunt in locis scruposis.

515. Quomodo hic versus in fine lacunosus supplendus sit, incertum; collato versu 506 *durumque lacessere martem* dixeris vocis *martem* epitheton desiderari, quale *molestum*; sed ablativus *Hispano* (= in equo H.) nude positus vix explicari potest, praestat igitur cum viro docto H. Schenkl *ministro* supplere.

516. **muricibus:** vox *murex* duobus modis accipi potest 1 = acutum saxum, cf. Verg. Aen. V. 205 *et acuto in m u r i c e remi / obnixi crepuere, illisaque prora pependit* 2 = frenum asperius acuminibusque instructum, cf. Stat. Achil. I. 221 *elicit inde fretis et m u r i c e frenat acuto / delphinas biiugos.*

Si nostro loco vocabulum *muricibus* f r e n u m interpretamur, cum H. Schenklio, zu Grattius, p. 420, *ferreis* supplendum, synizesis tamen apud Grattium, licet Vergilius, exemplum eius, utatur, nusquam invenitur, praeterea apud Statium sermo est de freno ex muricibus confecto, quo Thetis *delphines* frenatura est; malo igitur Sannazari usus supplemento *muricibus* pro *saxis* habere; res igitur nobis cum ablativo loci, ante quem praepositionem inserere non necessarium est, cf. vs. 120 *silva.*

6. *Equi Africani.*

517. **Nasam<onia>:** Nasamones, *Νασαμῶνες*, gens Libyca in parte orientali Syrtis maioris, cf. Herod. II. 32/3; IV. 172/3 Scyl. peripl. 47; Strabo 132; Plin. N. H. V. 53, Dionys. Perieg. 208 sqq. Lucan. IX 438: *hoc tam segne solum raras tamen exserit herbas / quas Nasamon, gens dura, legit qui proxima ponto / nudus rura tenet, quem mundi barbara damnis / Syrtis alit*; quomodo versus, cuius finis deest in codice, supplendus esset, docuit Vlitius collato Lucano IV. 683 *et gens quae nudo residens*

Massylia dorso / ora levi flectit frenorum nescia virga, cum quo loco comparandi sunt alii: Sil. Ital. I. 215 sqq. *hic passim exultant Numidae gens inscia freni / quis inter geminas per ludum mobilis aures / quadrupedum flectit non cedens virga lupatis*; Curt. Ruf. VII. 4. 48 *nobilis equus umbra quoque virgae regitur*; Claudian. Stil. I. 258 *hi virga moderantur equos*; Herodian. VII. 9. 13 (de Nomadibus) χαλινῶν ἄνευ ῥάβδῳ μόνῃ τὸν δρόμον τῶν ἵππων κυβερνᾶν. Versus igitur cum Vlitio sic restituatur: *at tota levi Nasam⟨oniā virgā⟩ / fingit equos.*

Grattius Nasamonibus tribuit, quod alii Numidis, sed nomina propria hoc loco non urgenda sunt; quamquam Nasamones et Numidae in diversis Africae septentrionalis oris habitant, poeta Romanus in universum de gente Libyca cogitat.

Quod igitur de Numidis versu sequenti narrat, confirmat praecedentia. Sic demum versum 518 intelligimus, quidnam vocabulo *ipsis* faciamus cum equi, qui virga reguntur, et ipsis careant capistris.

518. **ipsis Numidae solver...**: Vollmerus *lupata* vel *capistra* supplendum esse censet; tunc *ipsis* interpretandum *ipsis equis*, quod post *equos* defendi nullo modo potest. Quam ob rem ego legere velim: ipsis Numidae solvere *capistris* (vel *lupatis*) sc. equos suos.

519. **audax et patiens operum g⟨enus⟩**: appositio nomini *Numidae* addita. Non male versum explet Aldina: *ille vigebit.* Vollmerus contra a vocabulis *audax* eqs. novam putat incipere sententiam, in qua novum equorum genus nominatur, cuius prima littera *g*, cf. tamen vs. 521 cum Aelian. verbis.

520. **centum**: *ὑπερβολικῶς*, cf. nostram ad versum 17 adnotationem.

eluctabitur iram: „Equi in certaminibus (spatiis)", inquit Burmannus, „finguntur semper magnum spirare, et antequam emittuntur, naribus ignem efflare et similia. Haec est illa ira quam eluctantur deinde currendo, nec tamen deficiunt tot acti spatiis," cf. Stat. Achill. 524.

tandem fessa tremens longis mugitibus ora
solvit et oppositum vox eluctata furorem.

521. **nec magni cultus:** non multo pabulo indigent, cf. Aelian. de anim. hist. III. 2: (de equis Libycis) *ὤκιστοι μέν εἰσιν ἵππων, καμάτου δὲ ἢ τι αἴσθονται ἢ οὐδὲ ἕν· λεπτοὶ καὶ οὐκ εὔσαρκοι, ἐπιτήδειοί γε μὴν καὶ φέρειν ὀλιγωρίαν δεσπότου εἰσίν. οὔτε γοῦν αὐτοῖς κομιδὴν προσφέρουσιν οἱ δεσπόται* et Keller, die antike Tierwelt I, p. 234.

521—522. Construendum est: quodcumque sui terra sterilis remisit tenuesque rivi <remiserunt>, satis <est> producere <hos equos>.

521. **remisit:** sponte sua edidit.

522. **sui:** „herbarum non ab hominibus cultarum" (Vollmer).
tenues rivi: cf. Oppian. Apam. I. 298/9 de equis Libycis: *ἐσθλοὶ δ' ἠελίου φορέειν πυρόεσσαν ἐρωὴν / καί τε μεσημβρινὴν δίψους δριμεῖαν ἐνιπήν.*
producere: alere.

7. *Equi Thracii.*

523—525. Etiam *Thracii* equi parvo nutriuntur.

523. **Strymonio... Bisaltae:** *Βισάλται*, gens Thracia, commemorantur apud Vergilium, Georg. III. 461 *Bisaltae quo more solent acerque Gelonus,* ubi *i* vocalis vocis *Bisaltae* producitur, ut apud Ov. Met. VI. 117 *aries Bisaltida fallis,* Claudian. Laud. Stil. I. 134; apud nostrum tamen corripitur.
tutela: cf. supra 48 *gravis <est> tutela.*
Equi Thraces iam Homeri temporibus celeberrimi erant, ut ex Dolonea videmus.

8. *Equi Siculi.*

524. Aptissimi venationi in montibus sunt equi Siculi, non tamen formosi; etiam Oppianus Apam., Cyneg. I. 272 eorum mentionem facit: *ὠκύτατοι Σικελοί, Λιλυβήϊον οἵτε νέμονται / καὶ τρικάρηνον ὄρος, ὅθι τοι σκέπας Ἐγκελάδοιο.*
arces: montes.
525. **quid tum:** quid tum obstat.

525. **Siculis.** De equis Siculis apud Kellerum legimus (die antike Tierwelt I. p. 229): „sehr geeignet zur Pferdezucht war Sizilien und ein Teil von Groszgriechenland. Römische Statthalter vom Schlage des Verres konnten ganze Herden trefflicher Stuten in Sizilien zusammenrauben (Cic. in Verr. II. 2. 20). Noch zur Zeit Gregors des Groszen gab es daselbst eine Menge edler Rosse. Aber auch schon vor der römischen Latifundienwirtschaft stand die Pferdezucht hier in höchster Blüte.

In der Zeit der selbständigen Griechen glänzten Agrigent, Syrakus und die Gegend am Ätna durch den Ruhm ihrer Pferde. Hieros blondfarbiger Renner Pherenikos ist durch *Pindar* verewigt worden. Die durch Grösze und Schnelligkeit ausgezeichneten Syrakusaner Pferde aus dem königlichen Gestüte auf der Insel Ortygia trugen in Olympia oft den Sieg davon. Dionysius I hatte 12000 Mann zu Pferd (Diodor. II. 5.) und sowohl Karthager als Athener (a. 415) hatten an den syrakusanischen Reitern sehr gefährliche Gegner. Dionysius II hatte nach Älian 9000 Mann Kavallerie. Vom Pferdereichtum Agrigents aber bekommt man einen Begriff, wenn man liest, dasz dort beim Hochzeitsfeste des Antisthenes viele Mitbürger zu Pferd und auch 800 Wagen mitgezogen seien, dasz ein olympischer Sieger Exainetos bei der Rückkehr in seine Heimatstadt Agrigent von 500 Schimmelgespannen eingeholt wurde, dasz man edlen Pferden groszartige Denkmäler errichtete und Wettkämpfe aufführte. Agrigent und Himera zusammen stellten im J. 472 20.000 Reiter ins Feld".

526. **tenuis dorso curvatur spina:** bonus equus necesse est *spinam duplicem* habeat, cf. Verg. Georg. III. 87 *at duplex agitur per lumbos spina*, Varro. II. 7 (equus) *spina maxime duplici, sin minus non extanti.* Xen. de re equestri 1. 11 *ῥάχις γε μὴν ἡ διπλῆ τῆς ἁπλῆς καὶ ἐγκαθῆσθαι μαλακωτέρα καὶ ἰδεῖν ἡδίων.* *Duplex spina*, legimus apud Ladewig—Jahn, Vergils Bukolika und Georg. ad Georg. III. 87 „ein gleichsam doppeltes Rückgrat, also breit, fett und auf dem Kreuze gefurcht".

526. **per illos / cantatus Graiis Acragas:** propter eius generis equos Acragas cantatus <est a> Graiis <poetis>.

Graiis: *Pindarum* respicit, cf. Olymp. III. 2 *κλεινὰν Ἀκράγαντα.*

527. **victaeque fragosum / Nebroden liquere ferae:** Nebrodes, mons Siciliae, qui sic nominatur, quia *damis* abundat, cf. Strabon. VI. 9 (274) *ἀνταίρει δὲ τῇ Αἴτνῃ τὰ Νεβρώδη ὄρη ταπεινότερα μέν, πλάτει δὲ πολὺ παραλλάττοντα.*

fragosum: iterum docet Siculos equos etiam in regionibus scruposis utiles esse.

528. **o quantus in armis / ille meis, quoius dociles pecuaria coetus sufficient:** sic legimus in codice A; vir cl. H. Schenkl (zu Grattius, p. 443) lectionem traditam defendens vertit: „dessen klug angestellte Züchtungen Thiere liefern, *quis* (relativ.) *Chaonia contendere contra ausit vix*" Sed „klug angestellte Züchtungen" non potest exprimi verbis Latinis *dociles coetus*.

Vollmerus pro *ille* scripsit *illa*, quae coniectura mihi quidem falsa videtur; ea enim emendatione adsumpta verba ita ordinanda sunt: quam validus erit in venatione is cuius dociles coetus illa (i. e. Sicula) pecuaria praebebunt. Primum verba *dociles coetus* aeque difficilia manent; durum praeterea hyperbaton oritur, quod, si traditum esset, ferremus; quod tamen coniectura in textu ponere minus videtur tutum, licet ipse Vollmerus comparet Grattii vs. 73. 172; Lucret. VI. 176; Hor. serm. II. 1. 60.

Quid igitur? Cum Aldina *coetus* restituo *f(o)etus*, quae correctio non audacior quam Vollmeri, totumque locum sic interpretor: versu 526 sqq. per equos Siculos feras reliquisse montes poeta narrat, deinde verbis illis „o quantus in *armis* eqs." monet legentem, quanti momenti venatori equi dociles — i. e. ad venationem apti — sint; sententia igitur haec est: „o quam validus erit in venatione ille, cuius armenta equorum dociles fetus praebebunt.

sufficient: praebebunt, cf. Gratt. 145 *his si quis vitium nociturus sufficit umor;* Verg. Georg. III. 65 *atque aliam ex alia generando suffice prolem.*

9. *Equi Epirotici.*

530 Siculis autem multo deteriores sunt equi *Epirotici.*

quis Chaonios contendere contra / ausit: *quis*: pronomen *interrogativum;* Vollmerus *quis* hoc versu *quibus* (ablat.) interpretatur; sic tamen oritur sententia minus apta, nam tum poetam hoc dicentem facit: quam validus ille in venatione, qui equos sibi

ex pecuariis Siculis comparabit, quibus, i. e. per quos, ausit contendere contra Epiri equos, quos Graecia vix merita gloria afficit; si verbi *ausit* venator subiectum est, rogo quomodo Siculis laudi dari possit venatorem Siculos suos equos comparare audere cum equis parum idoneis; si *Achaia* subiectum est, non *ausit*, sed *audet* exspectamus.

quis.... ausit: quis ⟨iis (sc. Siculis)⟩ Epiroticos opponere ausit? *contendere contra* = opponere, conferre cum: cf. Naev. Ribbeck.[2] XIII. *cáve sis tuam conténdas iram contra cum ira Líberi.*

10. *Equi Macedones.*

532. Inutiles in venatione sunt equi *quos Ceraunus* mons *gignit.*

532. **spadices:** equi phoenicei coloris, Batave „kastanjebruin", cf. Gell. II. 26. 9 sqq. III. 9. 9; Hehn, Kult. und Haustiere[8] p. 530.
Pellaei: Pella, urbs Macedoniae; hic *Pellaeus* = Macedonicus.
Cerauni: Ceraunii montes (Κεραύνια ὄρη), qui in ora Epiri sunt. Poeta parum curat geographiam.

11. *Equi Phocenses.*

533. **Cyrrhae:** Cyrrha (Κύρρα) vel Cirrha (Κίρρα) urbs maritima in Phocide sita, prope Parnassum montem, Apollini sacra.
535. **tensas:** vehicula, quibus deorum signa atque exuviae in pompa transferuntur; Plutarchus Coriolan. 25 eas τὰς καλουμένας θήσσας nominat, cf. Festum: „*tensam* ait vocari Sinnius Capito vehiculum, quo exuviae deorum ludicris Circensibus ad pulvinar vehuntur; fuit et ex ebore, ut apud Titinium in Barbato, et ex argento".
in sacraria: „ut sacra et mysteria saepe pro arcanis interioribus artium ponuntur, ita et *sacraria* possunt, quemadmodum et adyta" Wernsdorf.

536. **venanti melius pugnat color:** Vollmer intelligit: „melius est colorem pro venatore pugnare", Curcio: „il colore più che la patria è un buon alleato, un buon indizio per il cacciatore." Ex his interpretationibus mihi optima videtur prior explicatio Curcionis, venatori maioris etiam momenti quam patria equorum est color: cf. Oppian. I. 307 sqq.

στικτοπόδεσσ' ἐλάφοις κυανώπεας ὁπλίζοιο,
ἄρκτοισι γλαυκοὺς καὶ παρδαλίεσσι δαφοινούς,
αἴθωνας δ' ἵππους πυριλαμπέας ἀμφὶ σύεσσιν,
αὐτὰρ ἐριγλήνους χαροποὺς χαροποῖσι λέουσιν.

536—541. Inde a versu 536 initia abscissa sunt in A, et fines partim male, partim omnino non leguntur. Quid poeta dederit, incertum; ut tamen ostendatur, qualis fere fuerit carminis pars ultima, versus lacunosos sic suppleas:

536. Venanti melius pugnat color: optima nigr[a
537. <cru>ra illi, badiosque leg<u>nt ĕt ă.....
538. <et quo>rum fessas imitantur terga favillas.
539. <o quan>tum Itali<c>ae (sic di voluere) parentes
540. <praestant> et terras omni praecepimus usu!

537. **badios**: fusci vel spadices cf. vs. 532., Anglice *bay*, Francogallice *bai*, lingua Italica hodierna *baio*.

538. Equos dicit colore cinereo.

539. **Itali<c>ae.... parentes**: equae Italicae.

540. **et terras omni praecepimus usu**: et quantum alias terras omnium rerum experientia superavimus. „Videtur hoc voluisse significare", inquit Wensdorfius „importatis aliarum terrarum equis et equabus Italiae submissis nobilissima Italiae pecuaria facta esse".

EXCURSUS ET ADDITAMENTA.

Excursus de v. 30.

In nitidissimo utilissimoque libello, cui titulus est „*The beasts, birds and bees of Virgil, by Th. F. Royds*" narrat v. d. L. E. *Upcott* haec: „I have seen the capture of live red-deer in Savernake Forest by the netting system. The deer are driven into an enclosed glade. Riders hunt the herd until one is selected for capture; he is headed off, and gradually driven down a long lane with a net at the end. This is erected on forked sticks loosely planted in the ground. The stag tries to jump it, carries it away, and so „bags" himself, as the poles drop. Then he is held down, and his antlers sawn off; after that he is put in a cart.

The „driving" of fallow-deer by long ropes with feathers attached is also used, and the same sort of rope serves as a fence to keep deer off any place."

Excursus [1]) de voce *vertraha* (v. 203).

Praefixum linguae Gallicae *ver-* idem est atque Graecum ὑπέρ, Sanscrt. *upari*, Got. *ufar*, et interdum vim habet intensivam. Pars altera vocabuli *vertraha* vel *vertragus*, *-traha* vel *-tragus* stirpem *trag-* in se habet (Indo-Europ. trĕgh), cf. Gr. τρέχω, Goth. þragjan. In linguis Celticis vocabula quae *pedem* significant ducta sunt ab hac stirpe, e. g. lingua Hibern. *traig*, Cymr. *troed* < * trŏ-g-ed.

Totum vocabulum indicat eum „cui egregii pedes sunt." Arriani igitur interpretatio recte se habet.

Excursus de v. 249.

Versum 249 codex A sic exhibet:

hoc ingens mer*itum*, haec ultima palma tropae<i>. Syllaba *-tum* hic vi ictus producitur, et hiatus excusatur interpunctione. Con-

---

1) Debeo hanc explicationem comitati viri doctissimi A. G. van Hamel, in Universitate Bonnensi olim professoris.

cedendum tamen est tales versus, qualis hic est, rarissimos esse.
Dabo aliquot exempla:

Ennius, Annal. 271. 5
miscent inter sese inimicitiám / agitantes

Catull. 66. 48
Iuppiter ut Chalybūm / omne genus pereat
ubi Schulze et Friedrich pro *celerum* (O) *Chalybum* edunt, Ellisius tamen *Chalybon;* fatendum tamen *Chalybum* arte palaeographica magis commendari.

Catull. 67. 44
speret nec linguām / esse nec auriculam,
ubi Ellisius cum Calpurnio *speraret* scribendo hiatum sustulit (O *sperent;* „olim scriptum erat *spera*^{r}*et*" Baehrens).

Tibull. I. 5. 33
et, tantum venerata virūm, / hunc sedula curet,
ubi Postgatius textum corruptum ducit („*virum hunc* contains a fatal metrical flaw", Selections from Tibullus p. 211); nulla tamen coniectura placet.

Propert. II. 15. 1.
o me felicēm! / o nox mihi candida! et o tu
ubi Postgatius legit: nox o mihi.

id. II. 32. 45
haec eadem ante illām / impune et Lesbia fecit
ubi Hosius hiatum tollit cum Italis post *illam* inserendo *iam.*

Manil. I. 795
emeritus caelūm / et Claudi magna propago
ubi v. cl. van Wageningen in sua editione cum Kleinguenthero hiatum sustulit inserendo *tu*:
emeritus caelum et <tu> Claudi magna propago.
Sententiam tamen de hoc versu rogatus idem vir cl. van

Wageningen mihi scripsit se textum traditum nunc sanum habere et coniecturam Kleinguentheri spernere.

Iuven. 8. 241

nominis ac tituli quantūm / in Leucade, quantum

Pro *in* (sic Montepessulanus 125) eiusdem codicis manus emendatrix *non*, Hermann *vix*, Polstorff *in se*, Owen *vi* legit; locus tamen incertus.

Martial. III. 3. 4

aut aperi faciem, / aut tunicata lava;

ante *tunicata* Schneidewin *tu* inseruit, quod tamen postea iure sprevit.

Vides locos, qui ad nostrum tuendum afferri possunt, neque multos esse neque ab omni suspicione vacuos; complures enim leni mutatione hiatum perdunt. Hanc ob causam multi philologi, inter quos Hauptium Postgatium Henricum Schenkl honoris causa nomino, *est* inseruerunt. Schenkelius de nostro loco scribit haec (Zu Grattius p. 416): „in v. 249 sq. wird sich ausser der Einschiebung von *est* nach *meritum* nichts ausdenken lassen, was den doppelten metrischen Anstoss zu beseitigen im Stande wäre."
Sic ego quoque primum putavi *est* inserendum esse; nunc tamen vulgatam tueri malo has ob causas: ante interpunctionem hiatum a poetis admissum esse constat, cf. Verg. Ecl. 2. 53:

addam cerea pruna: / honos erit huic quoque poma

Aen. I. 405:

et vera incessu patuit dea: / ille ubi matrem

Syllabas breves ictu interdum longas fieri et haec nota res, cf. Verg. Aen. III. 464:

dona dehinc auro graviā sectoque elephanto.

Exspectandum igitur nonnullis locis et hiatum et brevem syllabam ictu longam factam coniunctim inveniri; ergo, si aliquot locis duae hae res leguntur, praesertim cum coniecturae non verisimiles sunt, vulgata sana habenda est; eo loco autem, quem ex Martiali citavi, nulla medela placet; apud nostrum autem, ut vir cl. van Wageningen me per litteras docuit, versus languidior fit inserendo *est*, nam

sic *anaphora: „hoc* meritum, *haec*... palma tibi concessa" perit.
Sic loci Martialis et Grattii alter alterum defendunt; addi possunt locus Ennii supra citatus et Catulli, 66. 48, quippe qui nulli dubitationi obnoxii sint.

Etiam hanc ob causam *meritūm* apud Grattium quieto animo tolerare licet, cum et hiatus et vocalis productio apud nostrum inveniantur: v. 528 (hiatus), v. 43 (productio vocalis). Fortasse etiam in hac re Grattius Ennium imitatus est, cf. Prolegomena p. 24, 30, 32.

Excursus de v. 307.

In libello quem scripsit v. d. Royds de Vergilii animalibus legimus (p. 20): „about a century ago Mr. Hugo Meynell matched two of his hounds against two of Mr. Barry's over a four-mile course. Meynell's were trained on legs of mutton, and Barry's mainly on oatmeal. The latter won, covering the course in eight and a quarter minutes."

Excursus de rabie (v. 383 sq.)

Operae pretium est nostrae quoque aetatis virum historiae naturalis peritissimum de rabie narrantem audire: „Die entsetzlichste Krankheit", inquit *Brehmius*, „ist die Tollheit, die Hundswut oder Lyssa, durch welche zunächst nicht blosz die übrigen Hunde und Haustiere, sondern auch Menschen aufs höchste gefährdet werden. Gewöhnlich tritt diese fürchterliche Seuche erst bei den ältern Hunden ein, zumeist im Sommer bei sehr grosser Hitze oder im Winter bei allzu grosser Kälte. Man erkennt die Wut daran, dasz der Hund zunächst sein früheres Betragen ändert, tückisch-freundlich wird und gegen seinen Herrn knurrt, dabei eine ungewöhnliche Schläfrigkeit und Traurigkeit zeigt, beständig warme Orte aufsucht, öfters nach dem Futter schleicht, ohne zu fressen, begierig Wasser, aber immer nur in geringer Menge zu sich nimmt und sich überhaupt unruhig und beängstigt gebärdet. Untrügliche Kennzeichen sind auch, dasz er seine Stimme ändert, indem der Anschlag in ein rauhes heiseres Heulen übergeht, dass er seine Freszlust verliert, nur ungenieszbare Körper beleckt und verschlingt, bei zunehmender Krankheit um sich schnappt und

ohne Ursache beiszt. Im Verlaufe der Krankheit tritt gewöhnlich Verstopfung ein, die Ohren werden schlaff, das kranke Tier läszt den Schwanz hängen, sein Auge wird matt, der Blick schielend. Später rötet sich das Auge und wird entzündet. Der Hund ist unempfänglich für Liebkosungen, achtet nicht mehr des Herrn Befehl, wird immer unruhiger und scheuer, sein Blick starr und feurig, der Kopf senkt sich tief herab, Augen und Backengegend schwellen an, *die Zunge wird stark gerötet* und hängt aus dem Maule, an dessen Seiten zäher Schleim herabläuft. Bald knurrt er blosz noch, ohne zu bellen, kennt auch Personen und zuletzt seinen eigenen Herrn nicht mehr. So sehr er nach Getränk lechzt, so wenig vermag er es hinabzuschlingen; selbst wenn es ihm gewaltsam beigebracht wird, verursacht es ihm Würgen und krampfhaftes Zusammenziehen der Schlundmuskeln. Nunmehr tritt Scheu gegen das Wasser und jede andere Flüssigkeit ein. Er legt sich nicht mehr nieder, sondern schleicht schielend mit gesenktem Schwanze unruhig umher.

Jetzt entwickelt sich die Krankheit entweder zur stillen oder zur rasenden Wut. Bei der stillen Wut sind die Augen entzündet, aber trübe und starr, die Zunge wird bläulich und hängt, oft weit aus dem Maule heraus. Weiszer Schaum überzieht die Mundwinkel; das Maul ist immer offen, der Unterkiefer gelähmt und hängt schlaff herab. Mit eingezogenem Schwanze und gesenktem Kopfe läuft der Hund taumelnd und unstet oft Meilen weit fort und beiszt, was ihm in den Weg kommt, besonders aber andere Hunde. Stöszt er dabei auf ein Hindernis, welches ihm nicht gestattet den angenommenen Weg zu verfolgen, so taumelt er im Kreise herum, fällt öfters nieder und schnappt nach Luft.

Bei der rasenden Wut funkelt das Auge, der Stern erweitert sich, das Maul steht offen, ist nur wenig von Geifer benetzt, und die bläuliche Zunge hängt aus dem Maule herab. Schon bei der Entwicklung dieser Krankheitsform zeigt der Hund einen hohen Grad von Trotz und Falschheit, selbst gegen seinen Herrn, schnappt unwillkürlich nach Fliegen oder nach allem, was ihm in die Nähe kommt, fällt das Hausgeflügel an und zerreiszt es, ohne es zu fressen, lockt andere Hunde zu sich heran und stürzt sich dann wütend auf sie, fletscht die Zähne, verzerrt das Gesicht, winselt, leckt mit der entzündeten Zunge seine Lippen und schnalzt auch mit ihr, wobei ihm oft schon wässeriger Geifer aus den Munde tritt. Vom Wasser wendet er sich taumelnd ab, schwimmt aber

doch noch zuweilen durch Bäche und Pfützen. Er beiszt alles, was ihm entgegenkommt, oft auch leblose Gegenstände, der angehängte Hund sogar seine Kette."

Excursus de scabie (v. 408 sq.)

De scabie apud *Brehmium* legimus haec: „eine sehr häufig vorkommende Hundekrankheit ist die durch Schmarotzer verursachte *Räude*, die nicht, wie man früher glaubte, eine Folge von mangelhafter Nahrung und Bewegung, sowie von Unreinlichkeit ist. Die Räude des Hundes rührt von einer Grabmilbe (Sarcoptes squamiferus) her, die noch nicht die Länge eines halben Millimeters erreicht und sich in der Haut des Hundes Gänge gräbt, ähnlich wie die Krätzmilbe in der des Menschen. Bei dem Hunde beginnt die Räude gewöhnlich am Kopfe, am Bauche, an der Schwanzwurzel und in den Gelenken, breitet sich aber nach und nach über den ganzen Körper aus. Auf der Haut entstehen kleine Bläschen, die Flüssigkeit aussickern lassen, und sich zu graugelben Krusten und Borken ausbilden. Der Hund findet bei dem Kratzen und Reiben der kranken Stellen sichtbare Befriedigung."

Additamentum ad v. 478.

V. d. Royds de *podagra* adnotat: „sandy soil, dirt, and wet, cause foot-root. No germ is at present known."

Excursus de adiectivo *Callaecus* (vs. 514).

Recte statuit v. cl. *U. Ph. Boissevain* (Mnemosynes vol. 20 [1892], p. 292) *Callaicus* adiectivum esse a *Callaecus* derivatum, cf. lapid. Cluniensem 2776 *T. Fraternus matribus Gallaicis* (lege: *Callaicis*, vid. Boissevainium l.l. p. 288) *v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito);* Ov. Fast. VI 461 *tum sibi Callaico Brutus cognomen ab hoste / fecit;* Sil. Ital. II 397 *Callaicae telluris;* II. 417 *Callaicae — manus;* II 602 *Callaico — auro;* III. 353 *Callaici — mariti;* IV. 328 *Callaici — tegminis*; X. 119 *Callaici — metalli;* XVI. 334 *Callaicus Lampon;* XVI. 377 *Callaicum — axem;* XVI. 383 *Callaicas — vires;* Plin. N. H. VIII 166 *Callaica gens;* Martial. IV. 39.7. *Callaico — auro;* X. 16.3 *Callaicis — in arvis;* X. 37, 4.20 *Callaicum — Oceanum;* XIV. 95. 1. *Callaico — metallo.*

Apud nostrum igitur v. 514 pro *Callaecis* cum Boissevainio restituendum esse *Callaicis* verisimillimum est.

Additamentum ad vs. 526.

„The *duplex spina* means a backbone sunk between two ridges of flesh, owing to the development of the *longissimus dorsi* muscle; and may be observed in all horses of powerful build" (Royds, lib. cit. p. 3).